



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum  
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

**Segneri, Paolo**

**Dilingæ, 1699**

Martius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

## MARTIUS.

## I.

DEUS meus es tu : ne discesseris à me : quoniam tribulatio proxima est : quoniam non est, qui adjuvet. Ps. 21. 12.

1. **C**onsidera hæc verba semper ore circumferenda, dum viciniū morti te cogitas, quandoquidem hæc ipsa verba sunt, quibus usus est Psalter in personā moribundi: *DEUS meus es tu, ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est, qui adjuvet.* Et quando major esse potest necessitas, ut **DEUS** non discedat à te, quam in illā supremā horā? cogita hinc pendere aternitatem sive præmii sive supplicii.
2. Considera, mortem vocari Tribulationem, quia est quædam Epirotine tribulationum, quas in hoc mundo est reperire. Magna tribulatio censetur exilium. At majus exilium esse nequit ipsā mortē, quæ nec unum quidem locum facit reliquum in terrā. Magna tribulatio amissio notorum, familiarium, cognatorum, quos adeo diligebas. Istos omnes mors aufert. Magna tribulatio spoliari facultatibus. Mors nec obolum relinquit. Imò simul cum fortunæ bonis etiam te spoliat obsequiis, commerciis, magistratibus. Magna tribulatio destitui sensibus, visum, auditum, loquelam perdere: & hoc tamen in morte contingit. His adjuget dolores morborum, qui eam comitantur, nauseas, amaritudines, ardores, convulsiones.
- Sed præ omnibus illa tribulatio vocatur, quia tribulationem affert omnium, quas experiri possumus, maximam. Quam illam? Male conscientie tormentum. O quam istud in morte crudeliter sæviet! *Cur timebo in die malæ, quærit Psalmista Ps. 48. 6. Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Illa iniquitas, quam modò, ut sic loquar, calce premis, quam non apprehendis, non astūmas, in morte instigantis apparebit, qui te ex omni parte circumdabit terroribus. Quocumque te vertas, videbitur tibi illā horā nil aliud obversari oculis quam peccatum tuum. Evanescent ex animo voluptates omnes, læta, honores. Sola se repræsentabit iniquitas tua. Placeat igitur nunc circumspicere tamisper, sed mente seriā, qualis sit iniquitas, quæ majoris tribulationis in morte causa possit esse, ut jam nunc avertas. Noli spernere, noli spernere; tunc enim non erit, ut tunc est. Nunc conceditur mitigare conscientia lætratum, objecto malo medicato alicujus relaxationis, quæ divertat canem, faciendo malum, & blandè persuadendo non esse tam fœdum, ut depingitur. Tunc verò non sic erit. Nimis quam bene cognosces fœditatem peccati tanquam operis pessimi, planèque mor-

MAR

mor-

monstroſi. Ex aliâ verò parte non erit pabulum, quod obijciatur cani, quia jam advenit *dies finitionis* Ecclef. 40. 1. Finierunt confabulationes, finierunt convivia, finierunt venationes, finierunt ludicra. Tuum eſto iudicium, quàm horrendos canis ita famelicus edicturus ſit lattatus. Vis, ut verè aquieſcat? Ejice quamprimùm latronem cordis, ſecus ſi feceris, O quàm clarè tunc cognofceſ, conſcientiâ monente, tuam dementiam, perfidiam, ingratitudeſ, temeritateſ, perditionem irreparabilem! Hæc eſt tribulatio omnium maxima, conſcientiæ remorſus. *Inter tribulationes humana anima nulla major eſt quàm conſcientiæ delictorum*: ut ajebat Auguſtinus. Hæc verò nunquam erit major quàm in morte, quando anima jam propinquans Tribunali ſtare ſibi videbitur coram Iudice irato, delatores ſuos videre, audire accuſationis capita, & in prædam dari licitoribus.

3. Considera hanc tribulationem jam jam imminere: *Proxima eſt*: & forrè propior, quàm tu credas. Ideo mortem non reformidas, quia ſemper illam ſpectas ut remoram. An noſſe cupis, quàm propinqua ſit. Non minus quàm occaſiones illæ vel à naturâ, vel à conſilio, vel à caſu profecta, quæ ſingulis momentis illam poſſunt accerſire. Confidis fortaliſ annis juvenilibus, ætatis robori & vigori: ne fidas, mors juvenes æquè ac ſenes ferire poteſt. Idcirco imaginare tibi illam ſemper accinctam gladio & arcu. *Gladium ſuum vibravit, arcum ſuum tetendit.*

Gladio ferit ſenes, ut non ampliùs reſurgant: arcu petit juvenes, ut non eſſugiant. Et adhuc longam tibi vitam polliceris? quàm longam? annorum quinquaginta? non parum hoc eſſet. Aut ſexaginta? hoc eſt oppidò incertum. Aut ſeptuaginta? vix eſt ſperabile. Sed eſſi forer: *Numquid paucitas dierum tuorum finietur brevi?* Job. 30. 20. An non vides, quàm hi anni celeriter avolent? Cerrum eſt, futuros non fore longiores præteritis. Metire ætatem, quæ fluxit, videbis, an velocius tranſiverit. *Dies mei velocioreſ fuerunt curſore*, dicebat Job. 9. 20. Curſor, quacumque ſit robuſtus, neceſſe habet per intervalla gradum ſiſtere ad reſpirandum, quemadmodum ipſe Hercules ſolebat, cùm illos ſuos abſolviffet paſſus, qui deinde menſuram ſtadio dederunt. At tempus nunquam ſiſtit gradum. Quid igitur facies? Cavebis, ne perdas. Cito cito reſtuas compone. *Vaſa transmigrati- onis fac tibi*. Jer. 46. 19. Conſitere, prout in morte feciſſe cupies. Solve quamprimùm pauperes creditores, ſolve Eccleſias, ſolve monaſteria, exequere legata pia. Si habes inimicitiam, quæ tibi negotium faceliſſit, abrumpe, tolle, compone quocumque pacto etiam, ut tibi videretur, parum honorifico; quia cùm breves ſunt dies, non oportet illos amittere: *Quis enim deſpexit dies parvos?* Zacch. 4. 10.

4. Considera denique mortem non ſolum eſſe tribulationem omnium maximam, non ſolum eſſe proximam, ſed etiam abſque auxilio: *Non eſt, qui adju-*

*adjuvet.* Nisi Dominus tunc succurrat; miserum te! videbis, quomodo omnes amici, quondam tam chari, te destituant. *Vir repromittit proximo suo, & cum perdidit reverentiam, derelinquitur ab eo,* ait Ecclesiasticus c. 29. 23. Tu certe illorum causa plus forsitan fecisti, quam debebas. Sed quid illi? expecta, dum à medico sis depositus, (ubi etiam summi principes perdunt reverentiam) tunc videbis, quid futurum sit. Tergum tibi ventent; imò multum erit, si non cubile tuum, uti nonnullis accidisse vidimus, palam diripiant. Ipsis Religiosis, qui tibi ex charitate assunt, parochis, & pastoribus grave erit diu circa lectum consistere, ob putredinis tuæ malignitatem. Parvula imago Crucifixi sola tibi erit refugium in tam arumnosa tribulatione. Quà verò fronte illum aspicias, quem à te contemptum meministi? O dolorem cordis! O luctum! Ecce amici, quorum gratiâ tocies legem tuam Domini tam boni conculcavi, vel certe non perfectè observavi, *Surgant & opulentur tibi:* Deut. 32. 38. Evanuerunt. *Non est, qui adjuvet.* Et ut illi velint; quid demum boni facere tibi possunt? pro te precari? at quàm pauci erunt, qui id faciant cum fervore. An credis, ubi mortuus fueris, quenquam fore, qui non dic' insequenti denuò ridere velit, ut antè? nemo erit, qui tui causâ vel unam horam somni perdat, nisi forte ex formidine. Quantò igitur satius foret bene consentire cum Domino, qui solus in morte auxiliari tibi potest? Relin-

que tandem tot amicitias, familiare congressus, officiosa commercia, quibus dies integros consumis. Pedibus protere tam multos tamque variorum respectus. Non tam abjectè servias creaturis ingratis, perfidissimis, aut certè nihil omnino tibi profuturis. Arctè complectere amicum tuum fidelem: *Ipsè enim dixit: non te deservam, neque derelinquam.* Heb. 13. 5. O verba plena suavitate! sæpe manu apprehende Crucifixum, cum quo credibile est te aliquando moriturum, & fidem illi sponde. Osculare ipsum, stringe brachiis, calidis lachrymis infunde quasi moribundus, & eos exerce actus, quos fortè sub illam vitam exitum exerceere non poteris. Roga illum, ut te deserat protectione. Roga illum, ne te derelinquat præsentia. Quem utrumque favorem in eo discrimine jam multis præstitit. Et si tunc alium non habueris, qui adjuvet, parùm refert. Confidenter dicamus. *Dominus mihi adjutor, non timebo, quid faciat mihi homo.* ib. Si JESUS tibi faveat, utique curæ tibi esse non deber, quid tunc faciat quicumque homo carne composuit. Nisi fortè per hominem hoc loco ipse Dæmon intelligendus est, qui sæpe in sacris litteris homo nuncupatur. *Inimicus homo, malus homo, mendax homo.* Non quòd ab ipso in morte quidquam humanitatis expectare debeas, sed quia subegit hominem, uti Scipio dictus fuit Africanus ab Africâ subactâ.

\* \* \*

*Cogitationes robusti semper in abundantia.* Prov. 21. 5.

1. Considera paucos esse in servitio Divino, qui dici cum veritate possint robusti. Triginta erant fortes Davidis, sed non nisi tres robusti: quæ igitur ratione tu dici potes robustus, qui minimæ difficultati cedis, quæ in vitâ spirituali occurrit, uni respectui humano, uni incommodo, ludibrio, aut derisioni modicæ? Hoc ne quidem est esse fortem. *Spiritus robustorum*, inquit Isaias, *quasi turbo impellens parietem.* Beatum te, si quando robur istud tibi accrescat. Tunc enim verò facillimum tibi erit servire DEO, quia non amplius occurret, quod te absterreat, ipsos muros prosterne.

2. Considera, quid adhibendum remediū, ut hoc robur spiritus consequaris. Id ipsum, quod adhibes ad obtinendum robur corporis. Tria sunt, quæ illud tibi conferunt. Valerudo integra, Nutrimentum bonum, Exercitatio corporis. Valetudo integra: quia si hanc perdas, etiam robur perit. Nutrimentum bonum: quia, quamcumque valeas, nisi bene te nutrias, languebis. Exercitatio corporis: quia qui quotidie exercet vires, semper retinet plus vigoris, quam qui sinit eas otio marcere. Sic omnino facies in proposito nostro. Primò servanda est anima sana à peccato. Hæc enim sanitas basis est & fundamentum ceterorum. Deinde nutrienda est proprio suo alimento, uti sunt oratio affli-

dua, sacra Lectio, pia colloquia, & frequentia Sacramentorum. Denique perpetuò exercenda est, quæ res majoris momenti est, quam forte credas. Nisi quotidianâ exercitatione familiarem habeas usum virtutum, occasiones earum amplectendo, & verò etiam quærendo, certum tibi sit, etsi tor habeas bona dictamina, tot desideria sancta, brevi fore, ut elangueas. Illæ victoriæ, quas indies de tuis defectibus reportabis, continendo verba illa jactabunda, quæ linguam tibi sollicitant, reprimendo iram, coercendo impatientiam, mortificando gulam, illæ, inquam, victoriæ vires tribuent, quia DEUS non vult, uti posset, illas à nobis accipi infusas, vult acquiri.

3. Considera, quibus indicijs possis colligi, an robur istud fueris adeptus. è cogitationibus colliges. Vide, an semper tendant ad abundantiam: *Cogitationes robusti semper in abundantia.* Si tibi sufficiat solum ea facere, ad quæ obligaris, si multum tibi agere videaris, abstinendo ab offensâ Divinâ, à mendacijs, murmuratione, libidine. Si dicas te contentum fore adeptione Paradisi; non es robustus. imò in maximo verlaris periculo damnationis. An forte existimas satis tutam fore civitatem, quæ manibus contenta, licet validis, nullis cingitur exterioribus munimentis, seu factis ad abundantiam praesidijs? imò hæc sunt, quæ

M

illam

R. P. Pauli Segneri *Manna Asina.*

illam maxime defendunt, quia in his primi franguntur impetus inimici, qui plerumque majore delatiunt furore: Nisi tu feceris opera gratuita, quibus impugnantis Orcus vires suas consumat prius, quam aggrediarur debita, actum est. O quam facile poterit tui.

4. Considera neque sic te fore robustum, si aquiescas operibus indebitis, quae facis. Semper aspirare oportet

ad majora. *Cogitationes robusti semper in abundantia.* Si jam sis patiens, inspirandum tibi est ad patientiam magis invictam: si humilis, ad humilitatem magis profundam: si obediens, ad obedientiam magis exactam: & sic deinceps. Nisi in exercitio virtutum collimes ad summum, semper infra scopum descendes. *Estote perfecti, sicut & Pater vester Caeli perfectus est.*

III.

*Quid faciam, cum surrexerit ad judicandum DEUS, & cum quaesierit, quid respondebo illi? Iob. 31. 14.*

1. Considera illum ipsum Dominum, qui nunc sedet ad dextram Patris, ut fungatur munere Advocati, quamprimum surrecturum, ut occurrat tibi jam non Advocatus sed Judex. Quid igitur de te fiet, miser, amisso vel hoc solo patrocinio? Ideo non dicitur: *quid faciam, cum venerit ad judicandum DEUS*, sed, *cum surrexerit*, ut tanto majorem incutiat terrorem. Omne bonum, quo modo frueris, inde oritur, quia JESUS pro te agit Advocatum. *Advocatum habemus apud Patrem JESUM Christum iustum.* 1. Jo. 2. 1. Hinc res condita plus tibi deferunt, quam mereris. Hinc terra pro eo, quod sub pedibus dehiscat, non modo te sustentat, sed nutrit. Hinc aer & aqua famulatur. Hinc ignis, in quo jam scelera tua plestenda essent, tuis obsequijs se inclinat. At in illo extremo die deponet JESUS officium tam pium. Unde

tibi cogitandum relinquo, quem subito praeda futurus sis omnibus, qui te favissima quaque decernent. Et tamen parum esset solum perdere talem Advocatum. Quod pejus est, Advocatus in Judicem transibit, quo nihil sanctius Reo possit accedere.

2. Considera, quid igitur facturus sis, cum hoc Domino, *cum surrexerit ad judicandum.* Eritne consilium, quod te vertas: quando cum Judice res est, a quo non detur appellatio, delinquenti aliud non suppetit, quam unum ex his quatuor, nempe vel decipere judicem, vel corrumpere, vel effugere, vel placare. Quid igitur Christo facies: an decipies? an DEUM esse noveris: *cum surrexerit ad judicandum DEUS.* Si DEUS est; quomodo deceptioni obnoxius esse poterit? *Numquid DEUS decipietur, ut homo, vestris fraudulentis?* Job. 13. 9.

Quid

Quid facies? an corrumpes? an noveris esse iustum: *DEVS Iudex iustus.* Non est igitur, ut humani Iudices, acceptor personarum vel munerum. Non personarum, quia Pater est omnium. *Sit timor Domini vobiscum: non est enim apud Dominum DEVM nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* 2. Par. 19. 7. Quid facies? an effugies? an noveris esse fortem: *DEVS Iudex fortis.* Non est periculum, ne brachio suo te non comprehendat, si vel inter stellas te abideris. *Si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Abd. 4. Et si te comprehenderit, an putas fieri posse, ut iterum amittat? *Tenebit pradam, & amplexabitur, & non erit, qui eruat.* II. 5. 19. An igitur saltem placabis? ne hoc speres. *DEVS Iudex patiens.* Scitne, qui sunt Iudices, qui placantur? qui furore, non qui ratione moventur. Ita est, nunquam isti turbantur, sunt placidi, sunt tranquillissimi, sed idcirco etiam magis inexorabiles. Et talem omnino esse tuum Iudicem existima. *Iudex patiens.* Non est iracundus, non colericus: *numquid irascitur per singulos dies? si demum punit, non impetu movetur, sed summâ ratione, quod an non sit tremendum, tu iudica.* Accedit, quod idem ipse sit, qui in te tolerando usus est patientiâ indefensâ, & idcirco, cum is irâ locum dederit, non est spes veniæ. Quocumque igitur te vertas, iterum iterumque cogita, *quid facies? an non vides manifestè, nihil ulpiam superesse refugij?*

*DEVS Iudex iustus, fortis, & patiens.* Pl. 7. 17. & sic neque decipere illum potes, nec corrumpere, nec effugere, nec mitigare iram, quæ idcirco in Agni dicitur, ut constet nullâ illam perturbatione commoveri. *Abcondite nos ab irâ Agni.* Apoc. 6. 26.

3. Considera, ut agnoscas hunc Iudicem verâ ratione procedere, non latrum damnationis sententiam, nisi prius locum dederit defensionis. Itaque, *cum quaesierit, quid respondebis illi?* ille quidem optimè perspecta habet, quæ fecisti. Omnia vidit, omnia audivit, omnibus ipse testis interfuit. Nihilominus sigillatim vult investigare res tuas, perinde si nihil sciret, interrogare, audire (quid amplius dici possit?) disceptare tecum. *Congregabo omnes gentes, & deducâ eas in vallem Josaphat, & disceptabo cum eis.* Joël. 3. 2. Itaque *cum quaesierit, quid respondebis?* Necesse est vel negare crimen, vel excusare. Primum non habet locum, quia hic non agitur, nisi de culpis liquidis & certis. Restat igitur, ut excuses. At quo modo? Duo tantum sunt capita, si benè perpendas, ad quæ reduci possit excusatio tua. Ignorantia, quæ te induxit ad peccandum, aut fragilitas. An ignorantiam prætes, qui narus es in medio orbis Christiani? tot inter dõgmata scripturæ, documenta Sanctorum, exempla virtutum, quæ velut totidem luminosa faces te circumstant. Verum equidem est, te sponte occlusisse oculos, ne videres. Sed hoc ipsum est, quod te amplius condemna-

bit. *Hoc est autem iudicium*, inquit Dominus, *quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Jo. 5. 19. Erit igitur alleganda fragilitas: at quomodo, si illa fuit voluntaria? fuisi fragilis, ita est, sed cur? quia voluisti esse fragilis, nec usurpasti opportuna remedia, quæ ad restaurandas vires tibi Dominus concessit. Tempore tentationis ad ejus patrocinium non recurrebas, sacrae Confessionis & Communionis frequentiam non curabas, malas occasiones, ut poteras, non declinabas. Eritne igitur excusabilis, si cecidit, qui iuvare noluit, qui adminiculum neglexit, qui præcipitio se commisit? non erit, qui vel hiscere audeat, ne deterior reddatur causa. *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Pl. 106. 42.

4. Considera, si, concesso perbenigne defensionis loco, non habeas in favorem tuum, quod respondeas, hinc infallibiliter inferri aliud superesse nihil quam æternæ damnationis sententiam. Itaque ne graveris demuo co-

gitare, quia facies? si nescis, quid facies, cum surrexerit ad iudicandum DEVS, scies, quid facies, cum sederis ad damnandum. Converti poteris ad mores, & rogare, ut cadentes ruinâ te involvant, ad marmora, ut te conterant, ad molares, ut te comminuant, ad voragine terræ, ut aperto hiatu te absorbeant. Sed quid proderit? non est jam tempus supplicationis, ut prius, sed supplicij. *Indutus est Dominus vestimentis ulionis.* Il. 39. 17. Quis igitur te fiet, si ejus ore, qui quondam Advocatus erat tam benevolus, audiens te addici flammis infernalibus? si is, qui fert sententiam, homo foret extraneus, alienus, averfus, excipere liceret & objicere crudelitatem. Sed est Advocatus, qui in Cruce omnem pro te sanguinem profudit. Et qui deinde ad dextram Patris aliud non regit, quam ut pro te roget, pro te peroraret, & modis omnibus studeat cælo te inferre. Non potest ejus sententia non esse irrefragabilis, si ad inferorum supplicia te condemnent.

## IV.

*Humiliatio tua in medio tui.* Mich. 6. Of. 14.

1. Considera, ut copiosam invenias materiam te humiliandi, opus non esse foras evagari, tanrumodo intra te ipsum illam quære: *Humiliatio tua in medio tui.* Si te foris spectes, facile contingeret superbire, quia fortè videbis te decorè vestitum, fulgentem ostro, fulgurantem auto; videbis col-

locatum in gradu dignitatis, aulicis obsequijs, & populari plausu honoratum, æstimatum. Sed non ita, si bene in te inspicias te ipsum: *in medio tui.* Satis est, si hæc tria crebrò cogites, quis fueris, quis sis, & quis futurus sis. harum considerationum quælibet sufficiet ad deprimendum factum. Unde vides



vides non definiri tempus: *Humiliatio tua in medio tui*. non dicitur: *fuit*, nec *est*, nec *erit*. Sed absque differentia temporis, quia, quocunque ex dictis te consideres, humiliabis te ipsum.

1. Considera proinde bene iniquitatem vite tue præteritæ, ingratitude præsentis, incertitudinem futuræ. In quam miserabili statu versabaris, quando jam redactus in potestatem Satanz serviebas illi ut vile mancipium, desertus à DEO, infelix, deformis, imò abominabilis, & reus flammæ, quæ tibi in profundissimo inferni barathro parabantur? Nunc verò ponamus te miseratione DEI ereptum hoc statu, considera tamen, quam ingratum te exhibeas liberatori tuo. Quomodo respondes Domino? quæ hujus rei cogitatio? quis sermo? quo desiderio flagras illi præbendi gustum? nonne maximus est tepor tuus, in rebus ad ejus servitium pertinentibus? vide potiùs, ut tuis servias cupiditatibus, vanus, iracundus, impatiens, & ad quodcunque genus peccati etiam scdissimi propensus. Jam verò quoad futurum, an divinare potes, quid denique te futurum sit, existente voluntate adeo instabili & infirmâ, qualis est tua? vidimus nutare etiam columnas firmamenti, imò & prolabi. Quid de te fiet, arundine fragili, quæ omni vento se inclinat? Una affectio vehemens, quæ in te dominatur, nonne sufficit, ut te prosternat? & prostratus cum

fueris, unde scis, te denuò surrecturum, aut rediturum ad frugem? unde scis, quo modo sis moriturus?

3. Considera, si quid etiam boni in te residet, id non esse narum in tuo fundo, sed cœlitus concessum. *Desertum est*. Terra tua ex se non est apta nisi spinis & tribulis proferendis. & sic vides intra te revera non esse nisi meram humiliationis materiam: *in medio tui*. Et tu nihilominus tam ægè te demittis?

4. Considera hanc humiliationem, quam à te requiro, non tantum esse debere tuam, sed *in medio tui*, hoc est, in intimo cordis. Non enim sufficit, ut mente te humilies, speculativâ quadam ratione cognoscendo, te esse miserabilem, in quocunque statu spectes te ipsum, præterito, præsentis, vel futuro, & quidquid habes boni, à DEO proficisci, sed necesse est id etiam præcè cognoscere, ita ut ex corde dicas sic esse, idque tibi adeo sit persuasum, ut nullo tangaris sensu ejus æstimationis externæ, quæ tibi aliunde adveniat. sed statim eam DEO reddas, reddas cogitatione; reddas verbo; exemplo Virginis, cum se ab Elisabethâ laudari audivit.

5. Considera non dici *Humiliatio aliena*, dici *Tua*, & hæc unice debet esse *in medio tui*. Decet enim, ut in corde tuo inhabitet vilis æstimationis tui, non aliorum. Sed quàm facilè contrarium accidit: quia semper cogitas alienos potiùs defectus quam tuos.

*Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Il. 33. 14.*

1. Considera ignem infernalem dici devorantem, non quod quemquam consumat aliquando, sed ad denotandam aviditatem, quâ adheret, activitatem, quâ laborat, & acerbilitatem, quâ urit, non relinquendo vel minimam particulam damnati, cujus non faciat, ut ita loquar, horrendam stragem. Ceterum si consumeret, non diceretur in illo igne esse habitatio: *Quis poterit habitare?* stude igitur primo intelligere rabiem, quâ ignis ille agit uritque perpetuo. Nollet ignis depascitur, sed non devorat, quia sensum agit, nisi summus existat. Ille verò momento totum facit, & cum eadem aviditate, activitate, & acerbitate, quâ initio agit in quemcunque damnatorum, æternum aget, quin de furore suo vel minimum remittat. quia *status Domini sicut torrens sulphuris succendit eum.* Quid ergo fiet infelicissimo populo, cui continger illum experiri? *In ira Domini exercituum,* inquit *Isaias, erit populus quasi esca ignis. 9. 19.* Non dicit *Esca* sine addito, quia populus ille nunquam consumetur ab igne. Sed *quasi esca*, quia non poterit vel minimum resistere, tam apta erit ustioni materia.

2. Considera, quàm sit res horrore plena habere in medio talis ignis habitationem, hoc est, domicilium perpetuum. Si tu condemnatus esses ad commorandum semper in carcere, cu-

jus pavimento esset ex igne, patient ex igne, lectum ex igne, nec aer alius, quem spirares, nisi idem ex igne, qui mens tibi foret? & tamen iste non ster ignis, illi comparatus, est quâ ignis depictus. Quid erit igitur igne adeò dolorifero non modo circumstanti quasi muro, sed ipsa viscera torrens, ita ut ipse habitet in igne, & ignis in se habitet, quemadmodum ferro accidit, quod in fornace non discernitur ab igne, quia ignis est in ferro, & in igne ferrum. Vel non credis, id, quod dico, velles stultus, si pro ullâ re hujus mundi, pro sensu impuræ voluptatis, pro luero aliquo, aut honore vano te exponas discrimini, ne compingaris in habitationem, qualis hæc est, omnibus seculis intolendam.

3. Considera, quantumvis damnatis omnibus hoc modo in igne commorandum sit, attamen non dici: *quis poterit habitare de vobis in igne devorante, sed cum igne.* Ut hinc singulariter exciteris ad cognoscendum horrorem inferni. Quis esset horror, si versandum tibi foret in cavâ ferarum *cum Pardo devorante, cum lupo devorante, cum leone devorante, cum Tygride devorante?* nunc ergo cogita, quid sit versari *cum igne devorante.* Imaginare tibi in inferno non defuturas has feras, aliâsque innumeras, quæ terribilem faciant tui laniam, sed has quoque futuras igneas, & ideo majore

maiore rabie scivitas. Imò finge tibi damnatorum quemlibet fore ignitum, uti tu es, quis horror erit habitare cum illis? nunc intelligi potest, quomodo révera unus damnatus depascatur alterum: *unusquisque carnem brachij sui vorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manassem.* Il. 9. 20. Quia unusquisque erit ignis devorans, sicut ligna, quæ in ingenti cumulata furno invicem devorant urendo, nisi quòd devorent quidem, sed non habeant eam rabiem devorandi, qualis inter damnatos invenitur. Inunc, & dic, si ad infernum mittaris à DEO, te non fore solum, an ergo putas tibi solatio futurum multos tibi habere socios dolorum?

4. Considera ad hæc, nò dici *cum igne ardente, cum igne adurente, sed cum igne devorante*, ne, si illis vocibus utatur, ignem imagineris luminosum. Proinde bene intelligere oportet, ignem istum tantum habere, quòd cruciat, seu vim devorandi, non habere, quòd delectat, seu vim splendendi. Solus fumus, qui de tanto incendio perpetuò ascendit, sufficiet ad generandam noctem æternam, neque ea nox ab ullà flammâ unquam illustrari potest, quia ibi erit *Vox Domini intereidentis flammam ignis.* Lege Divinâ sancietur, ut flamma virtutem habeat dimidiatam, nempe urendi ad cœnæ dolorem, non splendendi ad af-

ferendam oblectamentum. Nunc igitur perpende, quid sit æternum ardere in caliginetam densâ; O si fumus ille saltem suffocare possit aliquando! Sed nec istud quidem. Excrecabit, & affliget, sed nunquam tollet vitam: *Fumus tormentorum corum ascendet in secula seculorum.* Apoc. 14. 11. Si fumus tormentorum erit perpetuus, necesse est etiam tormenta esse perpetua, quibus ille nutritur.

5. Considera, quidquid hætenus est dictum, etiam tibi facile posse evenire. Unde ista non sunt ponderanda, quæ ad te minime pertineant, sed ad solos gentiles aut hereticos spectent. *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? de vobis, dico, qui estis hodie verus populus Israël? de vobis Christianis? de vobis Catholicis? aut forte nemo horum erit, qui sit periturus? O quam multi, quam multi! tu igitur cogita, quid accidere tibi possit. An putas satis tibi virium esse, ut in igne tanto persistas? poteris habitare? Ecce! quam sis delicati sensus, ut etiam stragulis offendaris durioribus. Quid igitur facies cum igne miser, & cum igne etiam devorante?*



*Obsecro vos per misericordiam DEI, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, DEO placentem: rationabile obsequium vestrum. Rom. 12. 1.*

**C**onsidera rem esse commiseratione dignam, videre quosdam, qui facere DEO possint de corporibus suis pulcherrimum sacrificium, & tamen sortem suam non agnoscunt. Iuvenes, locupletes, delicati, dispositi, nobili sanguine, quam selecta victimam si foret, qui illas DEO immolaret. Interim miseri marcescunt in delicijs salacis mundi. Ne mireris proinde, quod commiseratione motus Apostolus subito exclamet: *Obsecro vos per misericordiam DEI, ut exhibeatis corpora vestra hostiam.* Ille bene advertit multos esse, qui hoc facere omitant cognitionis defectu, & ideo non reprehendit, sed supplicat. Ceterum si quis in hoc raundo desiderat esse natus Patre Regio, illustris, scitus, elegans, quæ justa esse potest causa desiderii? an ut eo majorem habeat commoditatem indulgendi delicijs Adoniae vel Absalonis exemplo? haud sane, sed ut æmulari possit aliquem Isaacum. Verum est raros esse, qui hoc idioma intelligant. His, qui intelligunt, plerumque opportunitas deest faciendi plus quam vulgare Sacrificium. Qui hanc habet, non intelligit: unde mavult sibi vivere, quam se DEO sacrificare. Tu quid facies? quisunque sis, an aliâ de causâ corpus tuum

amabis, quam ut illud victimam DEO consecres, qui dedit? *Obsecro per misericordiam DEI, ut exhibeas corpus tuum hostiam.* Ita tibi sigillatim dicta ab Apostolo, quod universim omnibus dicebat.

2. Considera tria esse, quæ continentur sacrificium, victimam, oblationem, immolationem. Et omnia hoc loco expressa esse ab Apostolo, *Corpus, ecce! victimam. Exhibete: ecce! oblationem. Hostiam: ecce! immolationem.* Verum est, hic non agitur de vero sacrificio sed metaphorico, & ideo dici, *ut exhibeas hostiam viventem.* O beatum, si revera corpus tuum immolare posses aliquando, prout Martyres immolabant! Sed cum hoc tibi non concedatur, succedere debet sacrificio mortis sacrificium mortificationis. Hæc est Martyrium quoddam continuum, quale cum esse debeat tuum, cogita oportere quidem corpus tuum esse vivum, sed & victimam. Tu solum stude illud conservare, pascere, rebus instruere necessariis, sed non sacrificare. Et tamen hanc solam ob causam conservandum est, ut diutius sacrifices. Si non datur semel mori pro DEO, ut quondam Stephano, Petro, Paulo, Laurentio, vita quidem frui licet, sed ut semper moriaris: *Quæ*

*videt minor.* 1. Cor. 15. 32. Quales autem sunt modi, quibus corpus tuum facere victimam DEO possis? Tres sunt. I. Sunt incommoda, quæ toleras ad præstandum DEO cultum debitum, superando exempli causa difficultatem, quam sentis, ut citò de lecto consurgas ad orationem faciendam, ut devotè adgenueris, cum privatim recitas Divinum officium, aut si in publico recites, ut caput inclines, ut corpus incurves, aliosque ritus cum decore exerceas. Et hoc est sacrificium Religionis. *Sacrificium laudis honorificabit me.* Pl. 49. 23.

II. Sunt penitentia opera, quæ suscipis tanquam reus iræ Divinæ ad plectendum te ipsum, patièdo famem, tolerando frigus, carnem tuam rebellem sæpe diverberando. Et hoc est sacrificium Justitiæ. *Sacrificium sacrificium justitiæ, & sperate in Domino.* Pl. 4. 6.

III. Sunt labores, quos sustines in obsequio proximi, studiis consumendo te ipsum, concionando, peregrinando, aut quodvis aliud exercendo opus misericordiæ non spirituale tantum, sed & corporale. Et hoc est sacrificium Charitatis. *Qui facit misericordiam, offert sacrificium.* Eccl. 35. 4. Quis ex his tribus modis sacrificandi te ipsum arridet magis? an omnes dedignaris? non eris hostia Deo tuo.

3. Considera esse nonnullos, qui corpus suum nimium quantum sacrificant; sed cui DEO illud sacrificant? Illi, quem suo quisque affectu variè

*R. P. Pauli Segneri Mania Anima.*

sibi fabricat. Gulosi ventrem habent pro DEO, quia ipsi sunt illi infelices, *Quorum DEUS venter est.* Phil. 3. Avari pecuniam, ambitiosi honorem, libidinosi prava sua commercia. Et ideo istis corpus suum immolant, in illorum gratiam subjicientes incommodis, afflictationibus, laboribus multò majoribus, quàm quos sustinerent pro Christo. An tu pari modo id perdes? Absit. Volo corpus tuum esse victimam, sed non talem, qualis est quorundam, quos Diaboli Martyres vocamus. Volo, ut sit victima sancta. *Obsecro, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam.* Sanctum dicitur, quod est consecratum DEO, sed DEO vero non falso. Et idcirco antiquæ gentilium victimæ quantumvis essent oblata & occisa non minùs quàm illæ Hebræorum, non erant sanctæ, sed immundæ, profanæ, patridæ, quia non erant sacrificata DEO, cui oportebat. Itaque vitam tuam tantisper pensulatius discute, an unquam sacrificium facies, quod non unice sit pro honore veri DEI, ut illi placeas, illi reddas gloriam, illum hoc actu testaris esse, qui est. Secus si feceris, erit equidem corpus tuum victima, sed non erit sancta; erit iniquissima: quia muneris tui est non pro aliis sed pro DEO immolari. Nonne totus es ipse? quæ igitur ratione pro aliorum utilitate te consumis? ama te, aestima te, nec tam vilem te puta, ut cuivis prosternaris victima. Quid aulæ, quid tribunalia, quid negotia, quid delicia mundi perfidi? Si neces-

N

sc

se est esse victimam, esto victima vero DEO. *Qui immolat bovem*, alio nempe modo, quam conveniat, *quasi qui interficiat virum*. II. 66. 3. Quod si ita est, quid illo fiet, *Qui immolat virum*? Quotiescunque te consumis alio sine quam servitii Divini, latrocinium est, non sacrificium.

4. Considera Judæos post adventum Christi obtulisse & immolasse victimas vero DEO, & ita victimæ erant revera sanctæ. Sed quid profuit? non erant amplius acceptæ, quia Dominus jam repudiabat illorum sacrificia. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus: plenus sum*. Isa. I. 1. Itaque non sufficit, quod corpus tuum DEO victimam consecres per incommoda, afflictiones, labores, de quibus initio memini. Necesse est, ut dum sacrificas, cures esse constitutus in gratiâ. Alias erit victima sancta, sed non erit grata. Bona erunt adversa, quæ toleras, bonæ poenitentiae opera, boni labores, sed non ideo fructum afferent sibi proprium. Unde dicit Apostolus: *Obsecro, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, DEO placentem*. Vult ille tuas victimas diversas esse & ab illis gentilium improbis, & ab illis Judæorum reprobis. Ab illis gentilium, dum dicit *Sanctam*, ab illis Judæorum, dum dicit *placentem*. Noli igitur sumere occasionem erroris, dum vides opera, quæ facis, in se bona esse. Hoc non sufficit. Necesse est te quoque esse bonum, dum facis. Quid juvat à jejunio inchoare quadragesimam, ut debes, audire

vesperas, interesse officiis, crebra recitare rosaria, & tum differre confessionem usque ad Pascha? Insignis hæc est dementia. *Victima vestra non placeant mihi*, ait Dominus Jer. 6. 20. Ita est, victimæ istæ non displicent, ut illæ luxuriosorum, ambitiosorum, avarorum, helluonum, qui corpus suum Deo falso sacrificant, sed neque placeant. *Non placuerunt*. Oportet prius confiteri, & tunc opera non solum erant sancta, sed & grata, tunc gratia & gloria fructum dabunt, tunc ingens illud commodum afferent, pro quo sunt instituta. An meritò queri potes, quod ager tuus parum afferat frumenti, si prius semines, deinde purges? *Novitate vobis novale, & nolite serere super spinas*. Jer. 4. 3. Quævis nec itud sufficere tibi debeat, quod opera tua utcumque DEO placeant, cura, ut quam maxime placeant. Atque ita dum corpus tuum illi sacrificas, iis hoc facias actibus amoris Divini, quos nosti perfectissimos. Hoc enim est, ad quod non minus alludit Apostolus, cum dixit, ut *exhibeas hostiam placentem*. Vult ut sacrifices, antiquo more loquendi, in odorem suavitatis.

5. Considera, quæ sit causa, cur dictis hætenus adjungat Apostolus, debere obsequium tuum esse rationabile. *Rationabile obsequium vestrum*. Nempe quia obsequium, quod corpus tuum DEO præstat, cum illi immolatur ut victima, non oportet esse illi simile, quod præstabant boves, arietes, agni, oves immolata, hoc est, brutum obsequium. Vult esse semper

maximè rationale, antè quàm fiat, dum fit, & postquam est factum. Rationabile antequàm fiat, ita ut agnoscas honorem, quo te DEUS dignatur eligendo in victimam, ut idcirco non vadās ad sacrificium invitus, uti illa animalia, quæ sortem suam non agnoscebant, sed hilaris, sed animosus. Ad hoc autem ratione est opus. An igitur sacrificandus DEO vero ad aram ibis quasi ad mæcellum? *Voluntarie sacrificabo tibi.* Psal. 53. 8. Rationabile, dum fit, quia illa opera laboriosa, quæcunque sint, non sunt executioni danda, ut solent ab eo, qui aliud non querit, quàm materiam operis externi. Oportet illis sociare actus Religionis consentaneos, actus compunctionis, actus charitatis: hoc enim est dare pretium operibus. *Oblatio iusti impinguat Altare.* Eccl. 35. 8. Id, quod impinguat altare, non est victima, sed oblatio, hoc est, actus ille devotus, quo offertur. Denique rationale etiam postquam est factum, quia variis experimentis, quæ sumis de te ipso, ob-

servandum, an sacrificium, quod facis, tuis viribus sit commensum. Scis victimam huius sacrificii in vitâ servandam, ut denuò possit immolari. Necesse igitur est, ut nec parcas tuo corpori, nec illud destruas. *Honor Regis iudicium diligit.* Unde pariter distinguendus est honor externus, quem DEO tribuis, ab interno. Internus nullâ lege circumscibitur. Crede, quantum potes, spera, & ama, quantum pores. At externus non solum admittit legem, sed requirit, quemadmodum omnis victima salem suum requirebat. *Rationabile obsequium vestrum.* Hæc ergo sit regula, tantum facias operis externi, ut ad internum te reddat idoneum, non ineptum, quia internum est finis, externum verò medium. Quis autem nescit solum finem absque mensurâ expectandum esse, prout infirmi sanitatem expetunt? Medium eatenus est eligendum, quatenus conducit ad finem, prout pariter infirmi eligunt Medicinam.

## VII.

## S. Thomas Aquinas!

*Dic sapientia: soror mea es, & Prudentiam voca Amicam tuam: ut custodiat te à muliere extraneâ, & ab alienâ, qua verba sua dulcia facit. Prov. 7. 4.*

1. Considera discrimen, quod inter sapientiam Divinam, de quâ hîc sermo est, & Prudentiam intercedit, quantumvis cetera conjunctissimas, ut quæ ejusdem sancti Spiritus dona sunt. Sapientia universum nos ducit in cognitionem finis ultimi, qui non est alius nisi DEUS noster, & facit, ut

ad illum unice aspiremus. Prudentia siue jam constituto, tanquam principio agendi, tota in his rebus occupatur. I. Utrite deliberet de medijs, quæ sint usurpanda ad illum obtinendum. II. Ut sigillatim illa dijudicet. III. Ut imperet juxta præscriptum iudicii, hoc est, ipso opere exequatur. Jam verò sapientia debet esse soror, hoc est, sponsa tua, quo nomine millicis in scripturâ, præsertim in sacris Cantibus appellatur. *Vulnerasti cor meum soror mea. Aperi mibi soror mea. Quid faciemus sorori nostræ? Et Prudentia amica tua. Sapientia sponsa tua, quia in illâ tuæ sunt constituendæ deliciae, amplectendo sublimem contemplationem tui ultimi finis, in eâ quiescendo, delectando, tenerisque indulgendo affectibus. Dic sapientia, soror mea es. Prudentia esse tibi debet quasi Amica: Et Prudentiam voca amicam tuam, quia semper debet esse in promptu in cunctis actionibus, quæ quotidie accidunt, tanquam virtus magis particularis, practica, & ut dici solet, usualis. O quanto suo bono gloriosus Thomas sapientiam habuit Sponsam, amicissimam Prudentiam!*

2. Considera à contrario, per mulierem extraneam, si morali sensu loquamur, intelligendam hoc loco illam, quæ sapientiæ repugnat, & per alienam, quæ cum Prudentiâ non concordat. Sapientiæ opponitur, si bene perpendas, sensualitas tua, quæ uti hebes est in æstimandis rebus, ita etiam stulta finem suum constituit in quovis alio bono, quàm in illo, quod est purus spiritus,

sed vult bona sensibus subiecta. Prudentiæ opponitur Humanitas tua, quæ quidem non vult desistere à fine ultimo, sed interim non se applicat ad illum efficaciter obtinendum, ut deberet. Sensualitas dici potest mulier extranea, quia maximè opposita est sapientiæ. Humanitas dici potest mulier aliena, quia, etsi Prudentiæ contraria non sit, cum illâ tamen non consentit in omnibus: saltem alienam se monstrat ab efficaciâ operis. Hanc quolibet ò quantis utitur blanditijs, ut ad propriam trahat voluntatem *verba sua dulcia facit.*

3. Considera blandimenta sensualitatis tuæ. Studet ista te pellicere ad se perens, ut non tam ratione quàm sensu ducaris, & ideo non capit in amore honorum, quæ sunt à sensibus abstracta, imperceptibilia, ignota, qualia sunt cœlestia, quia propter illa necesse est deserere terrena, hoc est, presentibus non frui intuitu futurorum. Arque ita hæc temeraria tendit etiam ad fidem tollendam, quia nihil est, quod tam facile infidelitatem generet, quàm hæc bruta ratio vivendi.

4. Considera blandimenta Humanitatis tuæ, hoc est, illius partis nature non depravate, sed languidæ, ad quam alludit Apostolus, cum dicit: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre.* Ita quoque *verba sua dulcia facit*, quia tibi dicitur, equidem servendum esse DEO fini tuo ultimo, sed non interimendum te ipsum. Sufficere tibi bonitatem mediocrem, quàm ad sanctitatem velis aspirare. Major



rem esse DEI gloriam, si moderatè agendo lapsu temporis multos juves, quam si contentioso fervore ante tempus occidas te ipsum.

5. Considera, quomodo ab utriusque blanditiis servare te debeant Sponsa tua & Amica. Sapientia, quæ est Sponsa tua, præservare te debet à blanditiis sensualitatis, brachiis te stringendo, hoc est, faciendo, ut te firmes in cognitione tui ultimi finis. Dû hoc fiet, nullum erit periculum, ut huic humeros obvertas ad adoranda bona sensibus subjecta. Prudentia, quæ est Amica tua, præservare te debet à blanditiis Humanitatis tuæ, faciendū, ut caute discernas, quousque illam audias, quia nec omnia illi facile concedenda sunt, nec omnia crudeliter neganda. Prudentiâ opus est, alia regula dari nequit.

6. Considera, quomodo Doctor Angelicus illâ Sapientiâ, illâque Prudentiâ, quæ in ipso plusquam humanæ pariter fuerunt, aptè se tueri potuerit

à blandis assultibus, qui in nobis vel ab iniquitate, vel ab infirmitate procedunt, quia moribus Angelus in terrâ vixit. Si tamen unquam aliàs: tunc certè Divino quodam modo hoc præstitit, cum se defendit ab assultu infelicis foeminae non tantum alienæ, sed extraneæ, quæ ad illum tentandum accessit. Tunc sanè promptum habuit auxilium, quod à Sapientiâ & Prudentiâ accepit. Sapientia fecit, ut absque minimâ hesitatione uno ictu à se repelleret: Prudentia verò, ut repelleret tam apto medio, quale fuit illi obijcere titiōnem. Tu quoque disce Sapientiam & Prudentiam requiri, ut inter similes assultus bene te gubernes. Sapientia, in retinendâ semper vivâ cognitione finis ultimi, ut illi fortiter inhæreas. Prudentia, ut periculosas fugias occasiones, aut ab illis te liberes, cum præter voluntatem te infestant.

\* \* \*

## VIII.

*Ignoras, quoniam benignitas DEI ad penitentiam te adducit. Rom.*

3. 4.

1. Considera, quàm perniciosa sit ignorantia, nescire, quare DEUS tam patienter te toleret in tuo peccato. Quamdiu hoc ignoras, nulla spes est emendationis. Aliud enim est alicui beneficio non respondere, aliud non æstimare, aliud non agnoscere. Qui non respondet, ingratus est, qui

non æstimat, iniquus, qui non agnoscit, incorrigibilis.

2. Considera, si DEUS in hunc modum te tolerat, id non fieri, quòd nequeat te statim præcipitare ad inferos, sed quòd nolis, sperans fore, ut interea respicias. Quis ergo non videt, quomodo benignitas DEI non solum te ad penitentiam

N 3

peni-

penitentiam invitat, sed quantum in se est, etiam adducit, vel ut alii legunt, *impellit*: urget, stimulat, cogit. Quam enim ratione repugnare potes, dum consideras Dominum tantæ Majestatis tantum ferre contemptum, quo illum despicias, solum ne tu percas vilitate terre vermiculus? An non sufficiat tam admiranda benignitas ad commovendum cor lapideum? & sic tamen est: *Propterea expectat Dominus, ut misereatur nostri.* Il. 30. 18.

3. Considera, quam horrendum sit malum, quod committis, si hoc ipso majores sumis animos peccandi, quia Deus tam benignum se ostendit in tolerando. An non istud est, ideo velle esse malum, quia DEUS est bonus? Si tu DEUM vis offendere, quia beneficus est, necesse est, ut etiam velis illum offendere, quia beneficus fuit, quia pro te carnem sumpsit humanam, quia tantum sudoris & sanguinis pro te fudit, quia denique mortem Crucis pro te sustinuit. Perpende paulum tam barbaras sequelas. Et tamen tales sunt tuæ, si attentè consideres, dum Bonitas

Domini non solum ad penitentiam adducit, sed potius ad impietatem.

4. Considera hanc Domini bonitatem in proposito nostro benignitatem dici: *Benignitas DEI*, hoc est, bonitatem omnino gratiosam, omnino gratuitam, quæ proinde te destituere potest, cum placet, & te tradere manus justitiæ. Quomodo ergo sperari potest, ut non contemnas, dum cogitas, quid te fieret, si illa destitueret. Fortè nullis illa limitibus continetur? Potentia Divina est infinita, et tamen non nisi finita producit. Providentia est infinita, sed rebus tantum providet finitis. Ita quantumvis Bonitas Divina sit pariter infinita, non ideo te infinites supportabit. Numerum habet lege non investigabili præscriptum. Et quis scit, an non illa jam sit impletus? Aliud est Misericordia in perfectione Divinâ, & aliud in actibus suis. Isti finiuntur. *Multa sunt miserationes ejus, dicitur 1. Paralip. 21. 13.* Sed nusquam dicitur: *Infinite sunt.*

I X.

## S. Francisca Romana

*Omne, quod tibi applicatum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tuâ patientiam habe. Quoniam in igno probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliatiōnis.* Eccl. 2. 4.

Considera tria inveniri genera infirmorum. Quidam desiderant convalescere, sed non ideo ullum admittunt medicinæ genus. Hæc po-  
tio

tiō ipsius nimis est amara, ignis urens, crudele ferrum, & sic cuiusvis habent quod opponant. Alij medicamina admittunt, sed illa tantum, quæ illorum apta sint genio. Sicut Naman Lepre suæ medelam quærebat à Prophetâ, sed proprio defectu. Volebat imponi sibi manus à Prophetâ, sed non volebat lavari in flumine tam ignobili & infelici, qualis illi Jordanis videbatur. Alij denique se promptos offerunt ad quodcunque curationis genus, & dicunt Domino: Ure, seca, atque dispone de me, ut lubet, sum in manu tuâ. Hic verò solus est verus modus recuperandi sanitatem. Infirmus es, & infirmitate quidem lethali. An recipere cupis sanitatem?

*Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe.* Sine Dominum applicare remedium, quod ipsi placet. Solus enim novit, quodnam ex omnibus magis profuturum sit.

2. Considera medicum non semper manu propriâ in summo applicare remedium. Imò rarò hoc facit. Sed plerumque utitur viliori alicujus chirurgi, pharmacopœi, aut famuli manu. Sic Deus facit; permittit, ut adversitas illa, quæ tibi debet esse remedium, non à se proximè sed ab homine accidat conditionis vilissimæ, à cive, à rustico, ab alio, qui sit longè inferior te. Igitur *quod applicitum fuerit, accipe.* Non memoratur, à quo sit applicitum: quia nihil omnino refert. Non est spectandum, quis applicet medicamentum, sed quis ordinet, qui est solus DEUS, tantò magis, quòd ipse

regat manum applicantis, ne usquam à debito deflectat. Quod non facit Medicus humanus.

3. Considera, quādo dolorifera est medicina, non requiri, ut non sentias, sed ut sustineas. *In dolore sustine.* Si natura ex parte suâ commovetur, factis est, illam eo cœteri, ne liberè de medico queratur, ne in iras prorumpat, more phrenetici, cum illi in tempore medicamentum applicatur. Nonne sentis adhuc in tuo corpore doloris ignis adeo urentis, ejus ferri adeo crudelis? & tamen toleras, imò pretio remuneraris manum chirurgi, qui illa adhibet etsi non adhibeat amore salutis tuæ, sed lucri sui. Haud aliter in casu nostro agendum tibi est: *in dolore sustine.* Si non vis præstare majus, hoc est, remunerari eum, qui te affligit, reddendo bonum pro malo, saltem fortiter dura.

4. Considera, in humanis tribulationibus, id, quod plerumque plus affert molestiæ, non tam esse dolorem, quàm ignominiam, non tam damnum quàm injuriam. Si infortunium illud citra medium à DEO proveniret, certè te disponeres ad illud æquiore animo ferendum; sed quia aliâ interveniente causâ tibi accidit, DEI omnino oblitus unice intentus es illi considerando, qui te in terrâ infestat. Et hoc ipsum est, quod te urit, quod exagitat, & nonnunquam ferè ad insaniam exercet. Itaque *in humilitate tuâ patientiam habe.* Ita DEUS te humiliat castigando sed alienâ manu. Tu verò quid agas? humiliati-

nem

nem tolera patienter. De dolore dicitur; *sustine*. De humiliatione: *patientiam habe*. Omnis patientia tolerantia est, sed non omnis tolerantia est patientia, quia patientia proprie dicitur Tolerantia continuata. Et hæc est, quæ hoc loco à te petitur. Unde verba ista *Patientiam habe* vertit Syriacus interpres: *Longanimis esto*. Tantòque magis, quòd ingens dolor non solet esse diuturnus, & ideo tolerantia sufficit per modum actus: Humiliatio possit esse magna simul & diuturna, idcirco opus sit tolerantia per modum habitus. *In dolore sustine, in humilitate patientiam habe*.

5. Considera, quis sit finis DEO propositus, cum hoc modo te affligit, nempe ut te probet. Princeps, ut statuatur, an aliqua moneta in ditione sua admittatur ut proba, quid agit? an solà specie contentus est? nequaquam, sed immittit igit, ubi illico apparet, an soliditas formæ respondeat. Sic DEUS facit, non est solà specie contentus, ideo illà aduersitate te probat, quam immittit. *Quoniam in igne probatur aurum & argentum. Homines vera receptibiles in camino humilitationis*. Qui externà facie te considerat, qui loquentem audit, actionibus attendit, habebit te pro solido metallo. Credere Christianum esse fidelem DEO, humilem, obediens, devotum. Sed vehementer fallitur. Non es talis, sed videris esse, quia nondum immisus es fornaci. Veniat ad probationem, & patebit frivolum esse virtutem tuam, quia mox lamenta prodis,

turbaris, contumax, & subiecti impatiens voluntati Divinæ, in quâ tantæ subiectione vera soliditas consistit verbo, prævaricaris, quasi perire erupturus ex igne. Nemine te affligit, si Dominus tribulatione te affligit, quia sicut Princeps monetam probat, ut intelligat, an sit *Receptibilis* in ditione sua, ita etiam DEUS te probat, ut cognoscat, an sis *Receptibilis* in regno suo. Tunc velis monetam adulteram in celo recipi? non habebis locum, ut in terrâ, virtus appareat, sed vera duntaxat.

6. Considera ob quam aliam causam Adversitas vocetur *Caminus humilitationis*: quia nihil est, quod ita superbiam frangat. Donec DEUS te probet eo modo, quo diximus, quæ tibi vanè complacere? Confidit illis desiderijs, quæ in oratione percipi illis protastationibus, propositis, affectibus tam pijs, ac cum postea experimentum sumitur, quantum vel imple adverte justis ponderis deesse, & hinc sumes occasionem ruboris. Gratias igitur DEO redde, si sapius in eo statu te collocat: hæc est enim tutior ad cælum via, via humilitationis. Solim precare DEUM, ut vires tribuat ad resistendum, & ut tecum sit *in Camino humilitationis*, prout erat quondam cum tribus illis pueris Babiloniæ *in camino ignis ardentis*. Non ut ardorem ignis non sentias, quemadmodum illis accidit, sed ne illum laudare delectas in medio ignis, etiam cum ejus ardore cruciaris. Ita fecit Magna illa Sancta hodiernæ lucis, quæ merito dici possit

possit Mulier fortis ob soliditatem, nibus, quas de illa DEUS sumpsit, dorus pariter & humiliationis.

X.

## Quadragesima Martyres.

*Ece venio cito, tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.*

Apoc. 3. 11.

1. Considera id, quod multos ab-  
 ceptis, esse, quod sibi fingant longio-  
 ra spatia vite. Quid igitur facere o-  
 portet, ut animas te ipsum? prorsus  
 contrarium. *Omnem crede diem tibi*  
*diluxisse supremum.* Et forte fieri ne-  
 quit, ut omnis sit ultimus? audi, quid  
 dicat Dominus: *Ece venio cito, non*  
*ait: Veniam cito, sed Venio.* Quia jam  
 iam venit, & quidem properante gres-  
 su *Cito.* Quam facile est, ut toras  
 pulset, dicatque tibi: *Eamus. Propè*  
*est in januis. Mat. 24. 23.*

2. Considera, hanc ipsam admoni-  
 tionem, quam isthic insinuat, esse  
 quoddam pulsationis genus fortissi-  
 mum. Poterat Dominus venire in-  
 star furis, permittendo, ut viveres,  
 more tot aliorum, inmemor DEI.  
 Sed non facit. Denunciat tibi: *Ece*  
*venio cito.* Imò præter istum, quot  
 alios tibi monitores immittit? Talem  
 esse certò tibi persuade illam stabilem  
 inirmitatem, cui jam incipis esse ob-  
 noxius, illam visus & auditus immi-  
 nationem, illam canitiam, quæ jam  
 crines tuos aspergit. Apostolus no-  
 minaturus famosam illam Tubam,  
*R. P. Pauli Segneri Manna Anima.*

quæ clangore suo te vocabit ad Tribu-  
 nal DEI, novissimam vocavit: *In no-*  
*vissimâ tubâ.* Necessè igitur est jam  
 multas alias præcessisse. Quis dubi-  
 ter? cum audis hunc è scalâ præcipi-  
 tatum, Tuba est. Istum ferro, illum  
 igne extinctum esse, Tuba est. Alium,  
 cum valens cubitum concederet ve-  
 speris, catarrho suffocatum interiisse,  
 Tuba est. An ignoras, quot ejus-  
 modi tubas jam audiveris? sed non  
 credis illas tibi sonare. Unde si con-  
 tingat Dominum adventare inexpect-  
 atum, tua hæc culpa est. Ille jam  
 nuntios præmisit: *Ece venio cito.*

3. Considera, cum Dominus jam in  
 procinctu stet, ut veniat, ad perseve-  
 randum viriles animos capessendos  
 esse: *Tene, quod habes,* quia de re a-  
 gitur maximi momenti. Quid esset,  
 si per meram aliquot dierum impa-  
 tientiam jacturâ faceres ejus pulcher-  
 rimæ coronæ, quæ tibi parata est, si  
 perseveres? O quis tuus esset dolor,  
 imò furor, & vilerum laniena? *Tene*  
*igitur, tene, quod habes.* Quid au-  
 tem illud est, quod juberis tenere? an  
 hæc ipsa corona? haud sanè; quia  
 illam nondum habes: sed accipies in  
 hęc

O

hęc

finē certaminis. Tenenda statio. *Esto firmus in viā Domini.* Eccl. 3. Tenendum desiderium, quo aliquando flagrare capisti, fidele obsequium Domino præstandi. Tenenda devotionis exercitia, quæ ad id magis conducere experiris, illa oratio assidua, illa confitendi & sacram synaxin sumendi familiaris consuetudo, illa lectio sacrorum voluminum, illa humilitas, obedientia, Zelus, mansuetudo animi, mortificatio sensuum, promptitudo in pellendis de corde primis tentationis inijs. Verbo, fortiter tenenda bona, quæ agis, quia in tuâ potestate est illa retinere. Nisi hoc esset in manu tuâ, non tam disertis verbis tibi diceretur: *Tene, quod habes.* Verum equidem est, ad id opus esse gratiâ Divinâ: hæc verò semper in promptu est, si petas, & ut petas, itidem in tuâ potestate situm est: *Petite, & accipietis.*

4. Considera, quanti referat, ut eo modo, quem diximus, ad perseverandum te extimules, quia tuo solum bono id præcipitur: *ut nemo accipiat coronam tuam.* Ne existimes Dominum pro suo quodam emolumento mandare. Te perdituro, an alij fortè ser vi deerunt, quos velit? *Conteret multos, longè meliores te, & innumerabiles, tibi similes, & stare faciet alios pro eis.* Job. 34. 24. En, ut pro illo infelice, qui hodie pravariatus est egressus a quâ glaciâ, statim vel inter ipsos infideles Dominus reperit, qui projectis vestibus nudus intravit lacum, ut impleret numerum quadraginta coro-

natorum. Oportet igitur, etiam ad exigendam in tremore vitam, penitus impressam animo circumferre sententiam, quantumvis magnum videatur esse Divinæ gloriæ instrumentum, magnus Theologus, magnus Concionator, magnus Prælator, te nullo modo necessarium esse DEO, tibi verò DEUM esse summè necessarium. Nonne vides, ut abire sit passus Saul e aliquem, Salomonem, imò & familiarrem Discipulum, noveritque in focum Judæ subrogare Matthiam.

5. Considera, quamcunque semper incerta sit hæc corona, Tuam dici (*ut nemo accipiat coronam tuam*) quia illam Dominus tibi præparavit. Ita est, hæcenus non habes *ius in re*, ut dici solet, habes tamen *ius ad rem*, dum perseveras. Et sic vides eam tibi non posse ab ullo per violentiam extorqueri. Si quis eam habuerit, inde erit, quia sponte cessisti. Hinc nota non dici, *ut nemo rapiat*, bene autem, *ut nemo accipiat coronam tuam.* Interim vides Dominum ex parte suâ nec minimum defuisse, quin bene tibi veller, etiam amplius, quàm alij compluribus. Te prætulit, te prædilexit, tibi occasionem dedit opportunam lucrandi coronam tam splendidam, si velis. Quot animas in Americâ quasi destituit, quibus nec minimam partem fecit gratiarum, quas tibi largitus est. Quod si igitur tuam videns ingratitude te deserat, & ibi quærat in Peruvia, in Paraquariâ, in Chile hæredes Coronæ tibi prius oblata, an forsitan queri de illo poteris?

## XI.

*Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum S. non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Matth. 12. 32.*

1. Considera, quisquis peccat, vel fragilitate, vel ignorantia, vel malitia peccare. Primum opponitur Patri, cuius est propria Porentia. Alterum Filio, cuius est Sapientia. Tertium Spiritui sancto, cuius est Bonitas. Horum, qui fragilitate vel ignorantia peccant, facilius miseretur DEUS, non ita illorum, qui per malitiam peccant. Horum enim defectus non est in sensu, sicut eorum, qui fragilitate peccant: nec in intellectu, ut est illorum, qui ex ignorantia peccant, sed in voluntate, quod malorum est maximum, quia non peccant, nisi quia volunt peccare. *Profundè peccaverunt.* Ol. 9. 9. Et penitus contempto sine ul. mo studiosè bonum aliquod temporale aeterno anteponunt. Miserum te, si deveneris ad tam horrendum statum perditionis! perinde est, ac posuisse sceptrum in manu peccati. Audi, quid dicat Apostolus: *Non ergo regnet peccatum in vestra mortali corpore.* Aliud est peccatum sive vi sive fraude usurpare sceptrum in corde, uti faceret Tyrannus, & aliud hoc ipsum utro offerre. Hoc enim est illi tribuere dominatum, & monstare consequenter affectum amantis.

2. Considera, quando sic peccas,

quia vis peccare, tunc longius abesse, ut emenderis. Non enim tam facile est corrigere voluntatis errorem, quam appetitus & Intellectus. Vitium appetitus aptè curatur remedijs confortantibus, quæ fragilitatem minuant. Error intellectus curari potest providis documentis, quæ ignorantiam eximant. At voluntatis defectus quomodo curabitur? malus es, quia vis esse malus. *Pessima plagatur.* Jer. 30. Nihil superest, quàm ut DEUS te pro merito castiget. Si quidem *Curatio- num utilitas non est tibi.* ib. Unde cum Christus dicit peccatum malitiae esse irremissibile, hoc ait, quia est incurabile, non quod nunquam curetur, quemadmodum & lepra, ceterum incurabile malum, curatur aliquando, sed quia hoc instar prodigij est.

3. Considera te sæpe tibi blandiri, quasi per fragilitatem pecces, cum revera pecces per malitiam. Ratio est, quia tu ejus fragilitatis es causa studio excitando sensum, qui deinde tanto impetu rapitur ad malum. Fragilis es, quia te ipsum in periculosas occasiones ingeris. Fragilis es, quia oculos non custodis, nec aures. Fragilises, quia vis legere, quidquid placet, adire sodalitia, nocturnos frequentare conventus, irritare tentationem, quæ te deinde

deinde prostrat. An tibi videtur fragilitas, qualis hæc est, veniã digna? Non vult Apostolus, ut tentatio te apprehendat nisi illa, sine qua esse nequit vita humana. *Tentatio vos non apprehendat nisi humana.* 1. Cor. 10. 3. equid erit igitur, si tu ipsam tentationem apprehendas? nonne hoc est illam velle, & ita velle peccatum? O quantum ad illam te affici ostendis, dum ultro in ejus laqueos te induis!

4. Considera te etiam sepe exultare, quod per ignorantiam pecces; non est ita, sed blandiris tibi, quia, ut antè dicebam, per malitiam peccas. Et hoc fit, cum non studes addiscere veritates quasdam summi momenti, non quod occasio desit, aut discendi labor augeatur, sed tantummodo ut majore licentiã peccare possis, nec patiaris molestum illum remorsum, qui instar freni te coërceat. An hoc aliud est, quàm summopere affici ad peccatum: non renuis subjacere malo tam gravi, qualis est ignorantia. Quo lucro tuo? ut possis esse liber magis & expeditus ad currendas vias iniquitatum. Vide, an dici aliquid pejus possit. Et tamen quor sunt illi, qui hoc faciunt? *Dixerunt DEO: recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Non adeunt conciones, ex me-

tu, ne illis detraharur fallacia sanctorum. Ceteratim currunt ad Confessarios imperitos; querunt confiliarios infideles: non cupiunt nôsse admodum curiosè sui obligationem officii, atque ita, quàm *Sapientes sunt, nesciant mala*, tam deinde *bene facere nesciunt.* Jer. 4. 22. Quã ergo tentatione ignorantia tuam excusabit iniquitatem, quando ipsa ignorantia est iniquitatis ligna?

5. Considera, cum tanta sit hominum multitudo, quæ per malitiam peccat, non esse mirum, tantam inde esse multitudinem peccantium. Eorum peccatum non est remissibile seu non est condonabile, saltem ut plerimum, quod enim nos mover ad remittendam facillè gravem aliquam offensam, illud est, quod videmus aliquem vel imbecillitate, vel inconsideratione prolapsum. Interim dum mendis esse peccatum, quod non remittitur, nec in presenti seculo, nec in futuro, collige in futuro purgatorium esse, ubi expiantur peccata mortalia quoad penam, venialia verò non modo quoad penam, sed culpam quoque.





## XII.

## S. Gregorius.

*An quero hominibus placere: si adhuc hominibus placerem; Christi servus non essem.* Ad Gal. 1. 10.

1. Considera, quanta res sit difficultatis posse simul hominibus placere & Christo, dum id neque Doctor gentium ausus est sibi polliceri. Satis constat, quod illi contradictiones, quod obstacula fuerint superanda pro honore Divino. Tu quid pretendis de duobus? *an quavis hominibus placere?* miserum te, si hoc quæris, confusio- nem quæris, siquidem *Confusi sunt, qui hominibus placent.* Amor hominum tres habet condiciones pessimas: prima est, quod sit difficile illum con- sequi. Secunda, quod sit facile illum perdere. Tertia, quod etiam ob- tentus plus mali quam boni afferat pos- sidenti, quia saltem non permittit in- tegram libertatem donandi te DEO. Et hæc fortè potissima causa est, ob quam Apostolus illum parum à se cu- rari ostendit, cum dixit: *Omnia mi- hibiscer, sed ego sub nullius redigar po- testate.* 1. Cor. 6. 12.

Videtur licitè ambire posse amorem hominum, qui pro eorum salute la- borat. Sed non est ejus cura habenda. Nonne vides, quanta subiciaris ser- vicitii, cum homines liberalitèr tibi solvant quantumvis alioquin debi- tum stipendium approbationis, ap- plausus, & aliarum ejusmodi conte-

stationum amoris, *Redigeris quam- primum sub potestate.* Quia paulatim ita illis afficeris, ut jam non sis amplius tui Dominus absolutus. Certè vel ex gratitudine videris obligatus, ut mul- tis in rebus illis condescendas, unde tantà libertate non curras viam Divi- ni servitij. Quid igitur velis? pla- cere Christo, eoque studio generosè vincere respectus humanos, adeo ut vel non cures hominibus placere, vel saltem non procures. *An quero?*

2. Considera Apostolum non abso- lutè pronuciare: *Si hominibus place- rem, Christi servus non essem:* sed, *si adhuc placerem.* Quia tantisper licet aliquando cunctis hominibus & Chri- sto placere, sed non diu. *Coangusta- tum est stratum, ita ut alter decidat.* Necesse est tandem pessumire vel a- morem Divinum vel humanum. Noli igitur falli, quasi tua sit ista felicitas, ut habeas utrumque. Parum durabit, si rite tuo fungaris officio. Ideo fac, ut amor Divinus prius prosternat a- morem humanum, quam ab isto pro- sternatur.

3. Considera duobus modis fieri posse, ut quis desideret hominibus placere. Unus est non ob aliud, quam hoc ipsum, ut placeas. Et hoc est, quod

quod haecenus fuit reprehensum, quia summum est malum. Hoc est malum, unde Idololatria sumpsit originem. Artifex non alio fine, quam ut illi placeret, qui ejus operam conduxit, studuit ad vivum exprimere lineamenta vultus, illi adulari, assentari, & hi fuerunt perniciosi labores, qui in ruinam prae omnibus alijs impulerunt humanum genus; adeo fuerunt execrati à DEO: *Artifex volens placere ei, qui se assumpsit, elaboravit arte sua, ut similitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis eum, qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc DEUM estimaverunt.* Sap. 14. 19. Alter modus, quo quis desiderare possit hominibus placere, est, ut placendo facilius ad DEUM pertrahat, & hic est maximè laudabilis, quia iste est modus, quem suavit ipse Apostolus. cum dixit: *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad edificationem.* Rom. 15. 2. & ideo cum operam dare virtuti cupis, eatenus placere satagas, ut aedifices; saltem cura, ne displiceas, hoc est, ne te recludas exoticum, incivilem, inurbanum, ut vitia, quae sunt in cultore virtutis, ipsi virtuti non tribuantur, & ita misera tanquam inanimata diffametur. Solum per vigila, ut serves continuò intentionem rectam, eamque renoves. Tantum est periculum, ne more negotiatorum in eo finem tuum constituas, quod principio solum ut medium procurare intendebas.

4. Considera septem esse preroga-

tivas eximias, quae faciunt, ut quilibet placeat cum virtute. Omnes numerantur in scripturâ Divinâ. Omnes quilibet consecrari cum laude potest: omnes quilibet obtinere.

I. Est sapientia in sermone. *Placuerunt omnia verba haec coram Hiferne, & coram pueris ejus, & miratur sapientiam ejus.* Judith 11. 18. Sapientia loquentis placet omnibus: ratione, quâ auribus placet melodia.

II. Prudentia in consilio: *Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus: locutusque est ad eos.* Non venire poterimus talem virum, qui Scriptura DEI plenus sit. Gen. 41. 37. Prudentia consultantis placet omnibus: ratione, quâ oculis placet lux.

III. Mansuetudo in responso. *Placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore.* 2. Par. 10. 7. Mansuetudo respondentis placet omnibus eâ ratione, quâ tactui placet, quod est molle.

IV. Modestia in rebus prosperis: *Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Domino quam hominibus.* 1. Reg. 2. 26. Modestia existentis in statu prospero placet omnibus eâ ratione, quâ placet verrecundia in sponso.

V. Fortitudo in adversis. *Locuti sunt servi Saul in auribus David: Ecce placet Regi, & omnes servi ejus diligunt te.* 1. Reg. 18. Fortitudo illius, qui consistatur adversis, placet omnibus eâ ratione, quâ generositas placet in milite.

VI. Liberalitas in beneficijs conti-

tribulibus præstandis. *Quæsit Si-*  
*mon bona genti sue, & placuit illis pote-*  
*stas ejus, & gloria ejus omnibus diebus.* 1.  
Mach. 14. 4. Liberalitas beneficium  
se exhibentis in terra versantibus placet  
omnibus eâ ratione, quâ hortis  
placet imber.

VII. Pietas in beneficijs conferen-  
dis etiam his, qui jam decesserunt.  
*Flevit David super tumul. & Abner & c.*  
*omnisque populus audiivit, & placuerunt*  
*ei cuncta, quæ fecit Rex in conspectu ve-*  
*rius populi.* 2. Reg. 3. Pietas bene-  
facientis existentibus lubus terram,  
placet omnibus eâ ratione, quâ sol  
placet cavernis: Septem istæ tam pul-  
chræ prerogativæ fuerunt omnino  
septem illæ mulieres formosissimæ, quæ  
apprehenderunt virum unum. Isa. 41.  
Omnes simul desponsatæ sunt S. Gre-  
gorio Rapæ, omnes quasi unâ voce  
clamarunt; *Aufer opprobrium nostrum.*

Dum illæ miseræ in ea tempora inci-  
derunt calamitosa, quibus ita abjectæ  
habebantur in populo Christiano, ut  
vix inveniri posset, qui uni jungeretur,  
ne dum omnibus. Appareret sanè omnes  
dein gratissimas extitisse: Divo, qui  
eas sibi despondit; ipse namque tan-  
tum illi gloriæ attulerunt. Et quis a-  
lius fuit Pontificum, qui, ut ille, tulerit  
cognomen Magni: Proinde omnes  
istæ prerogativæ tales sunt, ut merito  
pro conditione status illas tibi compa-  
res, itaque alijs cum laude placeas,  
quamvis omnes singulari quodam  
modo conveniant magno alicui Anti-  
stiti. Verum est, non esse modum  
etiam invidis placendi. Sed quid re-  
fert? non idcirco Gregorius minus  
habuit splendoris in Throno Vaticano,  
quia fuerunt nonnulli, qui ab illo, ut  
nocturnæ volucres à sole, abhorre-  
bant.

## XIII.

*Id quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ ;*  
*supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in*  
*nobis ; non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non*  
*videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non*  
*videntur, æterna.* 2. Cor. 4. 17.

1. Considera non dici: *Tribulatio.*  
sed *Id, quod in presenti est, tri-*  
*bulationis.* Nam si de tribulatione  
spectes, quod præterijt, nihil affert  
incommodi, & sic opus non est ejus ali-  
quam facere mentionem, si id spectes,  
quod in presenti est, quid demum est?  
*Momentaneum & leve.* Ita sanè est  
malum, sed momentaneum, hoc est,  
brevissimum, maximè si compareret  
æternitati. Et simul est leve, si cul-  
pam respicias, quam necesse est expia-  
re, leve, si gratiam spectes, quæ tibi  
conceditur ad illud tolerandum. Le-  
ve, si præmitum consideres, quod tibi  
paratur, si tuleris patienter.

2. Con-

2. Considera igitur & ante omnia, quam grande bonum sit futurum, quod ex hoc malo nascetur. *Supra modum, & in sublimitate. Supra modum.* Quia mensuram excedet, hoc est, longè tuis erit superius meritis. Quamvis enim de Domino dicatur: *Reddet unicuique juxta opera sua*, illud *juxta* non designat æqualitatem quantitatis, ita ut tantum quisque gaudeat, quantum passus est, sed denotat æqualitatem proportionis, ita, ut qui amplius passus est, amplius etiam lateretur. *In sublimitate*, quia non erit, qualia sunt terræ bona, variis mutationibus subiectum, sed collocatum in apice melioris Olympi, nulli mutationi, nulli perturbationi obnoxium. *Sustollam te super altitudines terræ.* II, 58. Erit præterea *Æternum*, quod opponitur *Momentaneo*, & instar gravissimi ponderis, *Pondus*, quod opponitur *Levi*. Hæ sunt quatuor prærogativæ, quæ præcipuè conveniunt gloriæ Paradisi, esse superabundantem, esse immutabilem, esse æternam, esse ponderosam.

3. Considera, quam ob causam ea gloria, quæ demum alia non est quam elara DEI visio, pondus vocetur. Non ideo, quod cuiquam ullo unquam tempore gravis accidat, siquidem post seculorum myriades semper erit nova, maximeque grata, & jucunda, sed quia tantum continet excessum voluptatis, ut nisi mens humana robar acciperet à lumine gloriæ, oppressa succumberet. Nisi fortè ideo etiam pondus dicitur, quia sicut Pondus omnia subiecta sibi ad se trahit, sic illa gloria

torum Beatum ad se pertrahet, adeo ut tantum impetum sustinere nequeat, & omnibus adherens tam corpore quam animi facultatibus totus effluatur gloriosus.

4. Considera non dici, quod talis latio tantam allatura sit gloriam, sed jam nunc illam in te producat: *Operatur in nobis*, non quidem ut carnis Physica, sed moralis, nec ut efficiat sed meritoria. Unde denique elatus scit, hanc ipsam gloriam non esse donum, sed mercedem, licet superabundantem. Itaque imaginare tibi, quem admodum Dominus olim posuit Adamum in Paradiso terrestri, *ut operaretur illum*, ita eundem in te ponere Tribulationem, Paupertatem, Ignominiam, Infirmitatem, ut in te Paradisum elaboraret, sed multo meliorem, qualis est cælestis. Sine igitur illam operari, quantum enim te vexando meriti producit, tantum mercedis consequens. Nonne fatua esset illa terra, quæ incensaret immitem colorem, qui illum satculis, ligonibus, vomere profcindit.

3. Considera, quale sit medium, quo juvari possis, ad ferendas a quo animo tribulationis æruginas, quas patieris. Contemplare bona hæcenus recensita, quæ non videntur, hoc est Cælestia. O quantos animos illorum expectatio tibi addet! Sed non sufficit quasi per intervalla vibrare oculum, necesse est illa contemplari, hoc est, singulari quadam attentione respicere. Imò nec istud sufficit, sed necesse est eodem tempore non simul contemplari, quæ videntur, id est, terrena

rena bona, quia istorum aspectus rapit animam, distrahit, divertit, ita ut in illis non tota versetur. Unde non dicitur: *Contemplantibus nobis, quae non videntur.* Sed dicitur: *Non contemplantibus nobis, quae videntur, sed quae non videntur.* Utrumque oculum in caelo fige.

6. Considera, quam æquum sit, ut contempleris cœlestia bona, non contempleris terrena, quia illa sunt æter-

na, ista fluxa. *Quae enim videntur, temporalia sunt, quae non videntur, aeterna.* An tu igitur tanto studio te desiges in contemplatione rerū, quae transeunt? Rides agricolam, qui quasi attonitus consistit in contemplatione fluminis summā velocitate præterfluentis. E-dic, quid sunt cuncta bona visibilia? nonne similia flumini? sine illa fluere.

## XIV.

*Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permit-tas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Job. 4. 14.*

1. Considera, quomodo in superbia, quae est inordinatus appetitus excellentiae, verè sumpsit initium omnis perditio. Duplex enim fuit perditio mundi. Una ab Angelo venit, altera ab Adamo. Utraque non tantum à superbia manavit, quod est proprium cuiusque peccati, sed in superbia constitit, ut idcirco non solum dicatur: *Ab ipsa in initium sumpsit omnis perditio, sed in ipsa.* Dum videlicet tam Angelus, quam Adamus supra limites sibi præscriptos sese efferentes reddi DEO sumales volebant, non quidem omnino, id enim venire in mentem illis haud potuit, sed quam proximè fieri posset. En igitur, qualis sit exitus superbia, quia excedere potuit etiam Cedros, ut videbantur, incorruptibiles, non Libani, sed Paradisi. O quantopere illa formidanda est! ubique pullulat, & in nobilibus plantis, & in agrestibus.

*R. P. Pauli Segneri Manna Anima.*

2. Considera, quid sit illud, in quo transgressi sunt limites tam Angelus, quam Adamus. Triasunt Attributa Divina, Potentia, Sapientia, Bonitas. Jam verò Angelus satis erat similis DEO tuam bonitate, quia erat *perfectus decore*, tum scientiā, quia erat *plenus sapientiā* Ezech. 28. 12. Potestas deerat, ideo ambiebat super stellas exercere dominium. *super astra DEI exaltabo solium meum.* Sic & Adamus satis erat similis DEO tum bonitate, quia donatus erat originali Justitiā, tum potestate, quia constitutus erat Dominus omnium viventium. Scientia deerat, quia non accipiebat in creatione ut Angelus, sed illam debebat paulatim conquirere, & ideo contra legem ad illam aspirabat, sive quia propriā virtute volebat discernere inter bonum & malum; sive propriā virtute illud prænosceret. Ve-

p

rum

rum est Adamum, ut multi affirmant, etiam peccasse per gulam. Sed non potuit iste primus esse appetitus inordinatus, qui in illo surgebat. Ratio est, quia sensus nondum erat rebellis spiritui, & sic primum delictum internum stimulare illum non potuit ad appetendum bonum sensibile, sed spirituale ipsi indebitum. Vides igitur, quantum interfit in quocunque genere se continere intra limites, quos cuique Dominus statuit. Hos quisquis servat, humilis dicitur, qui transgreditur, superbus vocatur.

3. Considera, quam horribiles fuerint perditiones istæ à superbiâ derivatæ. Præcipitari è Cælo Emphyreo in profundissimum inferni barathrum tot miliones sublimissimorum spirituum, opera præstantissima, quæ unquam condidit DEI manus, amabilissima, maximèque decora: nec præcipitari tantum, sed fœda metamorphosi transire in monstra universi. Si Monarcha quidam cetera placidissimus in foro publico juberet suspendio necari nobilissimam hominum coronam, quorum aliqui Marchiones, quidam Principes, alii Duces antea gratissimi, quid tu diceres? nonne diceres ingens fuisse, & nimis intolerabile delictum ab illis commissum. Porro quid sunt omnes isti Angelis comparati? vix idone, ut in postremo famulatio censeantur. Et tamen in hos omnes sævire tam tremenda Justitia. O quam grave igitur malum esse superbiam oportet etiam solâ cogitatione admittam!

4. Considera illam pariter perditionem, quæ accidit in Paradiso sancti. Adamus tantæ dignitatis Princeps suo spoliatus dominio, & multo non in se tantum sed & in posteris perditus. In cumulum conjice, quæ quid uspiam malorum in terrâ reperitur, laborum, ignominiarum, infirmitatum, convulsionum, dolorum, infirmitatum, bellorum, expilationum, cædium, desolationum, ignorantiarum, iniquitatum, & tum dicas inter te ipsum; quis demum totum advehere nobis potuit tantam coluviam malorum? Potuit superbiâ, à deo inundatio irreparabilis extirpata, quia ex alto venit. Quam grave est malum esse necesse est hanc ipsam maledictam superbiâ! & tu velis momento illam tibi dominari patieris?

5. Considera proinde, duplicem hoc loco distingui superbiâ. *In sensu & in verbo.* Hoc est, in mente, & in sermone. Nam in his frequentius accidit. Utramque à te procul arceat convenit. Sed prius illam, quæ est in sensu: nam ab istâ altera procedit, quæ est in verbo. Si deprimere velis illam mentis superbiâ, sæpe pondera quis tu sis, & quis sit DEUS. Videbis quàm æquum sit te in omnibus illi subijci, & ejus conformari voluntati. *Nonne DEO subiecta erit anima mea?* Si reprimere velis alteram, quæ est in verbo, considera, quàm sit indecora, & derisa etiam à teipso, cum illam in alijs advertis. Reputa proinde talem esse etiam alijs, cum illam in te notant.

Verum est, *Verbum* in sacris litteris satis frequenter significare rem quamcunque, quia quæcunque res Domino non amplius quam verbo stetit. Et ideo cum dicitur, ut fugias superbiam *in sensu & in verbo*, etiam secundò significatur, ut illam fugias tam quoad interna, quam quoad externa, quod est omni ex parte servari mundum à delicto maximo.

6. Considera, cum Superbia peccatum sit maxime spirituale, dici vix posse, quam facile te occultet instar aspidis malignæ vel inter ipsa bona opera. Necessè igitur est tantò magis invigilare tibi, ut eam procul removeas. Unde vides non dici: *Superbia nunquam dominetur in tuo sensu, aut in tuo verbo*. Sed: *Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari*

*permittat*. Quia fieri nequit, ut non aliquando improvisa te occupet, tibi que dominetur. Sed quid ages? statim expelles, cum advertis, vel exercendo actum aliquem demissionis contrarium, vel saltem, si sit importuna, contemnendo, & aliò mentem divertendo. Ceterum ò quam infelix eris, si unquam illi pacto aliquo te permiseris. Repentè ibis in perditionem, an scire cupis, quam DEUS oderit superbiam? Hoc tibi sufficiat. Nullus Medicorum sapientum ad curandum genus morbi periculosum permittit, ut æger incidat in aliud genus mali, nisi istud longè sit minus altero. Et DEUS tamen ad curandum superbium permittit, ut sæpius in ea peccata prolabarur, quorum fœditas est manifesta, & sic illum humiliat.

## XV.

*An nescitis, quoniam non estis vestri? empti enim estis pretio magno.* 1. Cor. 6. 19.

1. Considera quàm verum sit te non esse tuum, quia emptus es à Domino tanto pretio, quantum est sacratissimus ejus sanguis. Et ideo ò quantam illi facis injuriam, cum de te pro arbitrio disponis! Isti oculi non sunt tui, istæ aures non sunt tuæ, ista lingua non est tua, & sic per cetera differendo. Quale igitur dubium esse potest, nihil omnino tui aliter impendi oportere nisi in obsequium illius, cujus es.

2. Considera beneficium, quod

DEUS tibi præstitit, cum te redimere dignatus est. An fortè tui indigebat? aut non erat sine te æquè beatus, æquè gloriosus, & magnus? Solum te redemit bono tuo, ut liberaret de potestate Satana, Tyranni, proditoris. *Liberavit pauperem à potente.* Ps. 71. 12. *Pauperem*, inquam, à quo quid commodi speraret? Vide igitur agendi modum, quem tenuit. Ceteri primò quærunt ab eo, qui ad alium Dominum transivit, an redire velit ad servitium, & tum redimunt. Ille priùs te

redemit, & tunc querit, an reverti velis ad servientium. *Revertere ad me, quoniam redemi te.* Il. 44. 22. Quis ergo non videt, quantum vel ex hoc ipso capite crescat obligatio, ut nolis esse tuus?

3. Considera prodigam charitatem, quã usus est Dominus in te redimendo. Numquid enim satis erat vel unam dari stillam sanguinis? Et tamen profudit totum, ut nec stillam sibi retineret. Si tu cerneres posse gemmam mille nummis emi, & tamen venditori solvi decem millia, nonne crederes emptorem insanire pro gaudio, quod ejus gemmã detur adire possessionem. Quid igitur de JESU credes? Poterat ille te a Patre obtinere etiam sine profusione sanguinis, solis lachrymis, solis precibus: *Postula à me, dicebatur illi, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* En ut te consequi potuit, instar hereditatis, cujus facillima est adeptio. Non ibi laborandum, non sudandum: aliquando dormientibus advenit. Et tamen, ut te haberet, vitam dare voluit inter tam atrocia tormenta. Quis ergo dubitet te emptum pretio magno? & tamen tu tenuis esse ipsius?

4. Considera, quomodo hinc erudendum firmum animi decretum totum te impendendi honori Divino, absque ullã proprii comodi habitã ratione. Cum igitur pro DEO suscipiendum est iter, dic pedibus tuis, etsi fatigentur, meminerint, cujus sint. Id ipsum proportionem servatã dic oculis

tuis & auribus, cum necesse est magnificentiam pro DEO, omisã scilicet videre vel auditu illius, quod videre vel audire non oportet. Idem dic linguarum, si forte laborare vellet non pro DEO, sed ad comparandam faciendam laudem. Verbo omnibus tam interioris quàm exterioris sensibus dic, ipse non esse Dominos sui. *An nescitis, quoniam non estis vestri? Empti enim estis pretio magno.*

5. Considera, quemadmodum non est corpori parcendum, cum non tantum, sed JESU Christi, ita eandem ob causam sedulo custodiendam animam. Cum domi tuã reperitur pretiosum Crystallum, quod spectat in Principem tuum, nonne majore cura studioque custodis, quàm si ad te pertineret? Sic ergo & anima tua ab omni custodienda periculo. Passim audis tibi dici, ut curam habeas diligentem de salute animã, quia agitur de anima, quã sit tua. *Custodite sinceritatem animas vestras.* Deut. 4. 15. Ego hac quidem vice dicam tibi contrarium. Nempe ut curam geras de salute animã. Quare? quia illa non est tua, sed Domini tui. *An nescitis, quoniam non estis vestri: empti enim estis pretio magno.* Hęc est nobilissima ratio, quã te moveat ad fugiendum infernũ, ut Christo serves, quidquid ipsius est.





## XVI.

*Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te. quæ autem parasti, cujus erunt? Luc. 12. 20.*

1. Considera, quis non invidendam duxisset sortem illius famosi epulonis Evangelici, qui messem collegerat tam copiosam, ut nec sciret, ubi illam reponeret. Possidebat jam reditus in annos plurimos. Omnem habebat, quam quidem vellet, commoditatem otandi, epulandi, bibendi, suo genio indulgendi. Quis non beatum dixisset? quæ felicitas, quæ fortuna hominis? & tamen eo ipso tempore revera fuit infelicissimus, cum jam jam immineret omnium jactura. Cur quia non cognoscebat ea bona à Deo proficisci, nec gratias agebat eorum largitori, nec orabat, ut illa conservaret, nec partem pauperi destinabat, sed cuncta cogitabat vertere in bonum corporis, nihil omnino in bonum anime. O quot sunt in mundo huic diviti similes! Noli illis invidere.

2. Considera horrendam exprobrationem, quam DEUS illi fecit. Stultum vocavit: *Stulte*. Quia de illo cogitabat, quod est minus, de vitâ felicitæ presentis, & non cogitabat, quod est majus, de vitâ futurâ. Et sic illi dixit eâ ipsâ nocte, quâ tanta sibi promittebat, *hac nocte* (in illâ cæcitate, illâ caligine) Angelos tanquam executores Divinos in procinctu stare ad animam corpore extrahendam. *Hac nocte animam repetunt à te*. Non

dixit, *Petunt*, sed *Repetunt*. Sive ad significandum, quod jam aliâs illam petiverint, variis, quamvis inutiliter injectis stimulis, ut ad mortem se disponeret. Sive quia illam vi auferrebant: sive quia tollebant cum furore: sive quia denuo recipiebant, ut illam Divini Judicis tribunali sisterent.

3. Considera conditionem pœnæ, quam illi Dominus post mortem comminatus est, nempe ejus opes ad illum transituras, qui id minimè putaret. *Quæ autem parasti, cujus erunt?* Videri possit ad terrorem denunciandas illi pœnas inferni. Sed eum ut stultum tractavit, qualis erat. Illa consideranda proposuit, quæ ipsum magis poterant consternare. Quia mandani non ita affliguntur, cum audiunt se ad infernum ituros, ut inter damnatos, inter Diabolos versentur. Audies aliquando respondentes: faciat, ut vult, DEUS. Tunc dolent, cum audiunt, eorum opes malè perituras. *Quæ parasti, cujus erunt?* O summam hominum dementiam, majorem rerum suarum quam sui habere rationem.

4. Considera, an non & tu cum proportionem tam probrosam merearis reprehensionem. An ea cogitas, quæ momentum habent? quid tua studia spectant? quò tui sudores tendunt? Faxit DEUS, ne tu quoque pro paupere

rie labores. Quod non valet ad salutem animæ, nihil valet. Cui relinquentur pulchræ tuæ licentrationes? cui ædes tuæ obringent? ad quem prædica tua pertinebunt? dic, *cujus erunt?*

illius forsan, qui te ridebit, quam tuam tu stultitiam execrabis. Seditur alicujus momenti res est cogitare de anima.

## XVII.

*Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. ad Gal. 5. 24.*

1. Considera, quis sit character hominis accepti Christo. Non quod operetur prodigia, non quod sit Concionator, Propheta, vel Doctor mundi, sed quod sit valdè mortificatus. Id, ad quod pertingere favore Divino omnes possunt, modò velint. Vide igitur, quanti mortificatio faciendâ.
2. Considera hanc mortificationem nominari Crucifixionem: *Crucifixerunt.* Primò quia, qui se mortificat, facere id debet ex devoto ad Christum affectu, hoc est, ut illi similem se reddat Crucifixo. Secundò quia mortificatio debet esse stabilis, firma, nec inconstans, ut illa aliquorum. Qui confixus est, manet immobilis in Cruce, ut JESUS, qui inde non descendit, donec fuit depositus. Tertio quia mortificatio debet esse dolorifera, qualis fuit Crucifixio Christi. Qui confixus est Cruci, longè majorem dolorem perferentis, quàm qui Cruci tantùm est alligatus. Vide, an talis tua sit mortificatio.
3. Considera non dici: *Crucifixerunt vitia & concupiscentias, sed carnem cum vitiis & concupiscentiis.* Quia

bonus Medicus non est, qui non egreditur radicem mali. Caro tantùm est omnium malorum, quæ patitur anima. Et idè si integrè sanari cupimus, edomanda est caro. Quam suscipis afflictationes corporis? An tu studes domandæ carni, an potius demulcendæ?

4. Considera non dicere solam carnem, sed hanc cum reliquis. Quia eterna mortificatio parùm valet, nisi simul illam comiteretur interna. Illa illa propter istam assumenda est. Quis prodest tollere causam febris, nisi vitium tollatur ipsa febris jam hausta vitium?

5. Considera, quæ sit illa materia mortificationis internæ: *Vitia & concupiscentias.* Vitia sunt peccata, concupiscentias sunt cupiditates inordinatæ: quia si tantùm peccata persequeris, nihil agis, oportet & cupiditates persequi, quamvis primò peccata, ab illis purgando animam, deinde cupiditates, illas ordinando. Quales sunt cupiditates, quæ in te magis dominantur? cura primò cognoscere, ut possis mortificare, ita, ut, si vivant, saltem in Cruce vivant.

6. Con-

6. Considera nihilominus non dici cum peccatis & concupiscentiis, sed cum virtutibus & concupiscentiis. Peccata dicunt actum, Virtus habitum. Difficile est mortificationis exercitio illud consequi, ut non committatur peccatum etiam minimum. Facile autem, ut non servetur ullum vitium. Itaque vitia sunt, quæ singulari studio mortificare oportet, sive parva sint, sive grandia, non acquiescendo, ut more passionum in Cruce vivant, sed ut ibi moriantur. Id quoque favente Deo poteris obtinere.

XVIII.

Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium. Sic currite, ut comprehendatis. I. Cor. 9. 24.

1. Considera hanc vitam esse quasi viam, in qua curritur ad bravium, quod est gloria Paradisi. Omnes admittuntur ad cursum, sed multi pro eo, quod currant, stant immobiles. Unde non dicit Apostolus, *hi, qui in stadio sunt, sed hi, qui in stadio currunt.* Innumeri sunt, qui nec passum promovere dignantur perditæ addicti otio, crapulis, comediis, amoribus, & aliis ejusmodi diverticulis vituperio dignis. Quod si igitur de his ipsis, qui currunt, unus accipit bravium, quid illis fiet, qui ne quidem eunt?

2. Considera, quis sit iste tam fortunatus, qui dicitur consequi bravium. Fortè unus solus ex omnibus, qui magnâ solertiâ sectantur bonum: haud sanè, quia multi sunt, qui salutem consequuntur. Est solus ille, qui perseverat. Vide igitur, quantum intersit perseverare, & non esse, uti fortè tu es, instabilem in bono, quod facis. Vix aggredieris aliquod exercitium pietatis, & mox fastidis. Malum indici-

um. Insiste pervincendæ inconstantiæ naturali, quia plurimum habet periculi. Hæc enim est è signis certioribus pertinere aliquem ad infelicissimum numerum reproborum.

3. Considera idcirco adjunxisse Apostolum, *sic currite* (hoc est, *sicut is, qui accipit bravium*) *ut comprehendatis.* Dicit: *Currite.* Ut intelligas, in servitio Divino magnis passibus procedendum, laborandum, sudandum, & non, ut quidam solent, pro commoditate ambulandum. Dicit: *Sic.* Ut scias, currendum etiam esse modo debito, & non pro arbitrio agendum, sed insistendum vestigiis illorum, qui feliciter præcesserunt, Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, imprimis verò Christi, qui in hoc cursu se Gigantem monstravit: *Exultavit ut Gigas ad currendam viam.* Dicit: *ut comprehendatis.* Unde vides currendum etiam esse eo fine, ut teneas bravium, atque ad eò nunquam desistendum à cursu, donec pertingas.

## S. Iosephus.

*Omnes, qua sua sunt, querunt, non qua JESU Christi, Phil. 2. 21.*

1. Considera, quantâ teneritudine affectûs te deceat compati bono JESU, quando vides tam paucos esse in mundo, qui ejus causam suscipiant. Omittamus eos, qui mundani dicuntur, quia profitentur servitutem mundi, quid ipsi faciunt tot Sacerdotes, tot Concionatores, tot Parochi, tot Prælati, tot homines consecrati Christo? an fortè omnes arcto fœdere colligantur in favorem Christi? ad vindicandas injurias Christi? ad ardentem querendam commoda & lucra Christi? imò tot numerantur inter eos sui amatores, qui querunt cum summâ aviditate, *que sua sunt, non qua JESU Christi*, ut ideo dicantur *Omnes*. Ita est, omnes amant quodcunque bonum Christi, illud approbant, illi applaudunt, illud desiderant, sed non *querunt*, quia longè diverso modo procedunt in causâ Christi, quàm suâ.

2. Considera hunc diversum procedendi modum maxime cognosce è duobus signis supra adductis. Nepe ex sensu injuriatum, & commodorum studio. Quoad injurias, videlicet, ut fremant ad injuriam personæ suæ, parentelæ, aut etiam familiæ illatam: è contrario cum tot sint, qui toto die nomen Domini blasphemant, ubi sunt, qui illos ausint fulminare? Satis

illis est terruisse strepitu verborum Quot sunt adulteri, qui semper traseunt impuniti, quot scandalosi, quot sacrilegi, modò isti nullâ faciunt dîmînisi honori Christi? Quoad commoda, observa tantisper, quo ardore cogitetur de erigendo splendore domus, imò si fieri possit, etiâ extollenda. Contrario quis est, qui pari sollicitudine unquam prospiciat tot pauperibus, qui sine pabulo Divini verbi per agros fame moriuntur? Aut quis est, qui pari studio promoveat Ecclesiæ proventus, vel incrementa Cœnobiorum? quin potius nonne verum est à multis ipsum patrimonium Christi sine discrimine verti in utilitatem domus? Miseram Christi vineam! Jam sunt plurimi, qui in illâ se gerunt ut Dominos, qui non contenti colligere fructum, quo se fariant, etiam foras efferunt, ut dent nepotibus, consanguineis, cognatis, aliisque prohibito tantâ injuria, quantâ nunquam usurpare licuit in vineâ cujuscunque hominis etiam plebej. *Ingressus vineam proximi tui, ajebat DEUS, comedet vas, quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum. Deut. 23. 24.* Hoc nimirum est cordi habere lucra JESU Christi? imò hoc est spoliare illam re suâ, ut deinde desinat redditus alendis ejus

ius fratribus minoribus, lucrands rebellibus, reprimendis adversarijs, remunerandis amicis.

3. Considera non solum multos non querere, *qua sunt JESU Christi*, sed plurimos uti JESU Christo, ut melius querant, *qua suasunt*. Id videre licet in utroque hoc capite, Injurijs, inquam, & lucris. Nam quod ad injurias attinet, invenies quosdam, qui JESU velut pallio utuntur, ad honorem suum melius protegendum. Et quamvis indubitarum sit Habitum Sacrosanctum, qualis est Ecclesiasticus, in summa veneratione ab omnibus habendum, videbis tamen non omnes eam venerationem postulare, quod habitus sit sacrosanctus, sed quod suus. Si omnes postularent, quia revera habitus est sacrosanctus, quomodo deinde spernerent in se ipsis, dum profanis intersunt catibus, amores profitentur, adulantur, negotiantur, aliaque exercent sacrae vestis adeo probrosa? Quoad lucra, observabis innumeros JESUM praetendere, ad illa efficacius promovenda. Aiunt pertinere ad dignitatem Christi, ut gradus sui splendorem conservent. Quis neget? an autem non etiam pertinet ad dignitatem Christi, ut multo magis in pauperes misericordia, mansuetudo, modestia, puritas serveretur? Certè Christus millies ore suo virtutes istas commendavit, splendorem verò nec semel quidem, quantumvis laudabilem, nisi degeneret in luxum. Agitur cum aliquo eorum, ut animum inducat ad promovendum grande quod-

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima*

dam opus obsequij Divini, ad erigendum seminarium, Ecclesiam, Cenobium, monasterium Virginum Christo dilectarum; illico respondent: *Nondum venit tempus domus Domini adificanda*. Agg. 1. Ad cultum & obsequium DEI rite promovendum opus esse consilio, expectanda tempora aptiora, occasiones magis oportunas, alias praecipitari negotium. Et tamen augendi familiam semper tempus est, omnes occasiones oportunas, omnes circumstantiae aptae videntur. Imò videbis, quantopere festinent, ne à tempore foedissimo ambitiosorum illulore prodantur. *Nondum venit tempus domus Domini adificanda* (hoc mirum est, quod jam olim DEUS querebatur) & dein *festinatis unusquisque in domum suam*. Agg. 1. Sed haec non sufficiunt. Invenies, qui saepe cum vanitate concionentur, huic verò pallium querant dicendo pertinere ad gloriam DEI, ut templum affluxu populi impleatur. Sed nulla est ejus gloria cura, cum alibi major est populi affluxus. Gloria Christi est, quod magna sit in sacro tribunali hominum frequentia. Gloria Christi est, quod propria familia Religiosa abundet palmis, quas ejus alumni retulerunt de gentilibus, haereticis, nedicam de peccatoribus, qui facilis subjugantur. Sed numquid etiam gloria Christi est aegre ferre, si tales palmae aequè pulchrae efflorescant in nemore alieno? Ecce in quem statum redigatur magnus ille Dominus, cui tantopere sumus obligati. Non solum volumus illi fidele

ob-

Q

obsequium præstare, sed etiam volumus, ut pro tegumento nobis seruiat ad operiendos defectus, hoc est, ad illas ipsas offensas, quas damus. *Servire me fecisti in peccatis tuis. Isa. 43. 24.*

4. Considera, rem esse dignam lacrymis, quòd tam injuriæ quam emolumenta Christi tam fœdè prodantur. *Omnes, quæ sua sunt querunt, non quæ JESU Christi.* Porro si tu desles, ut par est, ordinem tam perversum, decet plurimum esse sollicitum, ne tu in eundem incidas, ne illorum modo facias, qui, cum deplorant ætatis suæ calamitatem tam parca in remunerandis bene meritis, non advertunt se ipsos esse, qui talem efficiunt, dum augent numerum ambientium. Itaque te ipsum accuratè discutas, & videas tantisper, an sincero flagres amore JESU. An desideras id bene nôsse? vide, num oderis te ipsum. Hæc enim causa est, ob quam JESUS destituitur, quia fideles pleni sunt proprio amore. Mereberis illum radicitus extirpare, si etiam cum permittitur, nolis querere te ipsum. *Nemo, quod suum est, querat. 1. Cor. 19. 24.* Non est dicendum, quòd velis primò procurare gloriam Christi, deinde tuam, sed quòd unicam velis Christi gloriam. Ita eris securior, nunquam te specioso Christi nomine pro pallio usurum. Quidquid proponatur tibi operis aut negotij gerendi, fac, ut quamprimum mens evolet ad cogitandum, an id celsurum sit ad honorem Christi. Ille te impellat ad eundem, vel manendum,

ad vigilandum, vel quiescendum. Cum fortè audis nova mundi, ne te misceas, nisi ubi partem aliquam Christus habuerit. Millies renovo sed ex corde, protestationem non esse tibi curæ, ut vel momentè vas, nisi liceat illi soli vivere. Oportet æquum est, ut non semel tantum tuas amare Christum tuum multo amplius quàm te ipsum, sed ut neque ames, nisi propter solum Christum mare contingat.

5. Considera, quomodo in gloriosissimo Josepho voluerit Dominum habere hominem, qui non pro se, sed tantummodo pro Christo fuit. Equidem sponsus Virginis, sed non quatenus serviebat ad tuendum honorem Christi, ne illegitimus haberetur. Ceterum servare debuit Virgine semper illibatam, quemadmodum Ulmus copulatur Viti, sed nihil omnino de ejus fructu participare. Ita etiam Pater Christi, sed solo vocabulo, auxilio, & affectu, hoc est, quòd curam sollicitam, quam gerere ergo filios Patres solent. Sed non idem quod tamen fieri potuit, concessus est honor genitoris. De rebus gestis nihil constare debuit, nisi pauca quædam, quæ ad majorem Christi cognitionem spectabant. Et post facta debuit multis seculis manere ignota, in glorias, & quasi in oblivione, si fas est dicere, populi devoti, quia non pariter conveniebat honori Christi, existentibus quibusdam Hæresarchis, qui hunc errorem inter gentes in principio disseminarunt, fuisse Christum verum.

veram progeniem Josephi, unde ne-  
cessè fuit, ut malo confuleret Ecclesia  
exiguam potiùs ejus æstimationem  
demonstrando. Et sic mirum non  
est, cum quoad externum cultum plu-  
rimis sanctorum postpositum, qui  
merito nec componi cum ipso possint  
adedò, ut, si penitus perpendamus,  
hic sanctus tam sublimis terram atti-  
gisse videatur, ut à Domino impetra-  
ret famosum illum titulum: ad quem  
tanto ardore Divus Bernardus aspira-  
bat, cum diceret; *Bonum mihi, si me  
dignetur uti pro clypeo.* Quia reverà  
semper pro scuto fuit, quo se JESUS  
defenderet, omnia excipiendo tela,  
quæ aliàs ad illum ferendum tende-  
bant. Quoad vitam defendit, cum  
illum servavit à gladio Herodis, citò  
transferendo in Ægyptum maximo la-  
bore suo. Defendit à fame, quia ipse  
fuit, qui de alimentis prospexit, De-

fendit à frigore, quia ipse fuit, qui  
providit de vestitu. Defendit ab illà  
gravi mendicitate, quæ aliàs in quo-  
cunque genere imminebat, quia ipse  
fuit, qui sudore suo illud quotidie su-  
stentabat. Defendit denique à sacri-  
legis imposturis tot calumniatorum,  
quia tam vivus quàm mortuus utilis  
fuit ad servandam ejus gloriam peni-  
tus illæsam. Et idcirco etiam hic  
sanctus erit, quem tibi maximè Advo-  
catum eliges ad eam, quæ planè sum-  
ma est, obtinendam gratiam, ut nolis  
ampliùs in hac terrâ vivere nisi pro-  
pter Christum. Verum est, quòd ad  
se recurrentes undequaque protegat:  
*Clypeus est omnibus sperantibus in se.*  
Prov. 30. 5. Tibi verò non est precan-  
dum, ut te defendat, nisi à te ipso,  
inimicorum, quos habes, crudelissi-  
mo, dum, ut tibi vivas, non vivis  
Christo.

X X.

## S. Joachimus.

*Filij Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam DEUS da-  
turus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.*  
Tob. 2. 18.

1. Considera, quid demum fuerit o-  
mnium sanctorum vita super  
terram, nisi expectatio quadam con-  
tinua: *Dies multos expectabis me.*  
Os. 3. 3. Illi, qui exiterunt ante Ad-  
ventum Christi, quid aliud fecerunt,  
nisi quòd expectarent impleri promissa  
sibi facta? Nonnulli ea procul aspe-

ctabant, & cum aliud non possent;  
salutabant. *Defuncti sunt, non acce-  
ptis repromissionibus, sed à longè eas  
aspicientes, & salutantes.* Heb. 11.  
Quemadmodum Peregrini faciunt, qui  
cum eminus prospiciant Terram San-  
ctam, neque tamen ad illam aditus  
concedatur, salutant. Alij propius  
vide-

Q 2

viderunt, & non modò salutabant, sed ad illa aspirabant, anhelabant, & quodammodo assultu tentabant terram, quasi per vim penetraturi, adeò incensa erant illorum vota, quæ semper ad cælum per modum sagittarum simul emittebant. Post Adventum Christi non ideo cessat expectatio, quia superest adhuc reditus illius. *Populus meus pendebit ad reditum meum.* Os. 11. 7. Primò venit Dominus ut Author fidei, ut nos redimeret à peccato, ut prædicatione instrueret, exemplo animaret. Nunc verò oportet illum redire ut consummatorem ejusdem fidei, ut nos glorificet. Et idcirco si sancti Antiquæ legis fuerunt *Aspicientes in Auctorem*; sancti novæ legis fuerunt *Aspicientes in consummatorem fidei Christum* *¶ ESM.* Vides interea qualem esse oporteat vitam tuam? Expectantis. *Et vos similes hominibus*, inquit Christus, *expectantibus Dominum suum, quando revertatur à nuptijs.* Luc. 12. 36. Expectare Dominum, dum revertatur à solenni quodam convivio, non est absque molestiâ, quia res trahi potest in longum, & interim oportet servos harere conclusos domi, suis privari oblectamentis, noctem ducere infomnem. Sed quid agent? servos Domino, non Dominum servis decet accomodari.

2. Considera, cur isti, qui in hunc modum stabant expectantes, vocati sint sancti. Quia erant, ut ita loquar, segregati à mafsâ reliquâ generis humani: credebant nihil sibi esse cum hoc mundo negotij; semper ad cælum

aspirabant: semper eò anhelabant, per hîc versa bantur ut peregrini, ad patriam tendunt. *Quæ sunt annorum vita tuæ?* quærebat ex Pharao Egypti. Cui ille: *dies peregrinationis meæ centum triginta.* Eni nec idioma quidem esse voluit ex mundi) *Et non pervenerunt usque à dies Patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* Gen. 47. 9. Ecce igitur quò etiam tibi in statu tuo consistendum: nempe ut degas in hac terra instar peregrini. *Qui enim hoc dicunt significant se patriam inquirere.* Hab. 11. Nonne pudor est, te adeò aggerari rebus ejus regionis, quæ non est tua? *Filij Sanctorum sumus*, id est, *Filij peregrinorum*, ut Istaas nos compellavit, cum dixit: *adificabunt filij peregrinorum muros tuos.* 60. 10. Non convenit igitur te ab illis tam fædè degenerare. Quid prodest rivo jactam puritatem fontis, quando ipse inter totus sordescit luto? Filius es peregrinorum, hominum prorsus abstractionum ab hoc mundo, sacrorum, spirituum Sanctorum. Talem ergo etiam te oportet esse: adeò ut si deinde in oratione te prosternis in conspectu DEI, dicere illi cum veritate possis, etsi conversando cum hominibus multis in rebus adigaris, ut loquaris & agas ut unus ex ipsis, nihilominus coram ipso non esse talem, esse peregrinum: *Advena ego sum apud te, & Peregrinus, fecerunt omnes Patres mei.* Ps. 38.

3. Considera, quàm clarè pateat in hac sententiâ *filios sanctorum* idem planè esse ac *filios peregrinorum.* Quia

mox



mox adtingitur: *Et vitam illam expectamus, quam DEUS daturus est his, qui fidem suam nunquam mutuant ab eo.* Videris tibi, cum bonum istud aded sit eximium, non posse illud expectare, malles ejus adire possessionem ante tempus. Et ideo quid facis? Hic queris, quod solum ibi invenitur, scilicet gaudere. Non est ista, quam sequaris, regula. *Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, quae omnia diriguntur ad patiendum, & patientiam habebunt,* ait Ecclesiasticus. Sed quomodo? *usque ad inspectionem illius.* Eccl. 2. 21. Noli festinare. Non enim errari magis potest, quam si nunc fatagas vana querere oblectamenta. Instar helluonum agis, qui ad regias epulas invitati, non sustinent expectare Procerum adventum tardius accedentium, atque ita cibis suis rudioribus impleto ventre parum apti sunt capiendis suavioribus illis ferculis, & magis splendidis, quae istis erant destinata. Quis est, cui ista maxime sapiunt? Is utique, qui jejuniis accumbit. O si noscires, quod sint istae tuae deliciae. Totidem sunt quasi furta gaudiorum longe majorum, quam dici possit, & quibus maximo tuo questu illic daretur frui. Expecta rantisper: quod est sapientis. Et interim cumulare stude, quos negligere videris reditus; quia *Hereditas, ad quam festinatur in principio, quod contingit, cum nondum satis maturuit, in novissimo benedictione carebit.* Prov. 29. 21. Hereditas tua Paradisus pariter est hereditas Majorum.

Expecta, dum maturescat. Et interim curam adhibe, ut incrementa sumar patiando.

4. Considera, quantopere Dominus talem patientiam requirat, cum dicatur suam daturus gloriam, ac solum illis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo; hoc est, qui unice contenti credere promissis, nolunt premium, quando non est tempus, nisi sperandi. Nunc tempus est solum vivendi de fide, id est solandi se fide, animandi se fide, adjuvandi se fide, & ferendi, ut, quod deest gaudij, fides compenset. *Scio, cui credidi.* Ita tu nunquam illam amitte, nunquam. Ita dico, non amitte in prosperis, non amitte in adversis, sed aequo semper animo peregrinationem tuam prosequere. Fieri nequit, ut in servitio Divino res tuae eundem semper teneant cursum. *Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, inquit Dominus, ut non sit dies, & nox in tempore suo.* Jer. 33. 20. Nunc lumen habebis, nunc versaberis quasi in tenebris. Nunc laetus eris, nunc tristis. Gloriam referes, nunc contemptum, nunc sanitate gaudebis, nunc infirmitate vexaberis. Quocumque modo te habeas, oportet, ut discas aequaliter servire DEO, esse fidelis, esse fortis, nec de nocte deserere viam versus patriam. An non nimis delicatus esset peregrinus, qui nollet iter facere nisi diurnum?

5. Considera hanc gloriam, quam Dominus promittit, vitam dici, quia vita est illud bonum, cui homo in hac

Q

ter-

terrá maximè adhaerescit. Itaque cum oportet quocunque modo vitam tuam immolare pro DEO, seruiendo pauperibus infirmis in hospitali, studendo pro DEO, laborando pro DEO, totam te consumendo in honorem DEI, non est, quod formides, quia longè meliorem recipies, quæ tibi in celo

paratur. Alia vita est, quæ in patria fruimur, alia, quæ agitur in via. Hæc est anxia, misera, laboriosa ex perpetuis incommodis. Unde æquum non est tanti illam aestimare. Qualis est que sit: Peregrinum decet non vitam exponere discrimini in via, & illi vivere contingat in Patria.

XXI.

## S. Benedictus.

*Indicabo tibi O homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat te. Uique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum DEO tuo. Mich. 6. 8.*

1. **C**onsidera nihil in hoc mundo facilius, quàm confundere verum bonum cum falso. Hic est error, qui tantam partem Universi trahit in ruinam. Magna ergo adhibenda diligentia, ut cognoscas hoc bonum, & consequaris. Quia si fortè falsum pro verò sumis, actum est. Ecce igitur bonum verum: *Indicabo tibi O homo, quid sit bonum.* Id ipsum scilicet, quod Dominus à te requirit: *& quid Dominus requirat à te.* Dominus sincere te amat, sine fuce agit, non adulari, non facit illorum more, qui tibi volunt bonum falsum.

2. Considera, quid igitur sit illud, quod à te Dominus requirit. Sine dubio rigidum iudicium respectu tui. *Uique facere iudicium.* Vide ergo, quæ sint partes talis iudicij. Diligens examen actionum, quæ iudicantur, fidelis sententia, forte supplicium. Et

hoc est, quod respectu tui facere continuo oportet, non vivere incurium, sed attentè examinare opera, quæ facis, examinare verba, examinare cogitationes, examinare affectus etiam maximè reconditos. Tum in te proferre sententiam, absque studio partium. O quoties palpas te ipsum, dum tuos excusas defectus, aut etiam defendis non alio modo, saltem tribuendo malum, quod agis, non malitiæ tuæ magnæ, sed violentiæ tentationis diabolicæ, suggestioni fociorum, scandalo pravorum, & nonnunquam tenuitati gratiæ, quam tibi DEUS largitur. Quæ sententia possit esse magis perversa? Deniq; sumere debes de te ipso forte supplicium, hoc est, agere poenitentiam, sed poenitentiam non tam levem, non tam languidam, qualis illa est, quam tibi dicat amor proprius. Si iudicabis te ipsum

ipsum eo modo, quem DEUS præscribit, non iudicaberis à DEO.

3. Considera secundo loco à te requiri, ut ames usurpare misericordiam respectu proximi non examinando ejus defectus, miserando, condonando, opem & auxilium ferendo, cum serulerit occasio, quantum vires tuæ permittunt. Sed bene nota, quomodo hoc loco Dominus loquitur. Non solum dicit, ut misericordiam exerceas, sed ut ames: *Diligere misericordiam*, quia, si diliges, conaberis etiam agere aliquid ultra vires. Credisne hoc esse amare misericordiam, tam exactè ponderare necessitatem proximi, ut videas, an revera oblikeris ad opem præstandam?

4. Considera, quid denique Dominus à te requirat respectu sui, nempe ut cum ipso sollicitè ambules: *sollicitè ambulare cum DEO tuo*. Debès ambulare cum ipso, quia in totâ hac peregrinatione mortali nunquam debes ab illo longius recedere, debes illum amare, illi adherere, quocunque vadit, te socium adungere, etiam cum vadit ad montem Calvaria, & non facere ut illi, qui tuæ scædè

illum deserviunt, & solum in verticem Taboris sequuntur. Verùm hoc nondum sufficit. Oportet insequendo esse sollicitum, quia ille magnis passibus incedit. Si piger fueris, non poteris feliciter illum insequi. Itaque examina paulùm, an sis sollicitus. Sollicitus illum imitandi, sollicitus obediendi, sollicitus eam honorandi, sollicitus placendi, sollicitus non perdendi in viâ tot inter insidias, quæ illum tibi eripere contendunt, sollicitus quærendi, etiam cum fuerit infortunio quodam amissus, & eum de novo recuperandi. Sollicitudo in procurandis humanis bonis olim verabatur à Christo: quia in his sufficit moderata quædam diligentia, non est opus anxietate, non angore, quæ ultra diligentiam sollicitudo significat. At in procuratione boni Divini hæc anxietas, hic angor sunt affectus laudatissimi, modò illos confidentia commitetur: & ideo meminetis, quid facere te oporteat cum DEO tuo, qui ut talis nunquam deerit, quin vires tibi conferat sequendi, obediendi, honorandi, placendi, resistendi omnibus, qui illum tibi moliantur auferre, & demum recuperandi.

## XXII.

*Misericordie Domini, quia non sumus consumpti. Thr. 3. 22.*

1. Considera, quis animus esset peregrino, qui, cum totam noctem ambulaverit, sub diluendum agnosceret se continuò incesisse ad oram horrendi præcipitij. O quàm ad ejus

modi conspectum omnis illi sanguis gelasceret! quàm impallescet! quàm horretet! quàm denique grâs DEO redderet ex animo, quod ab illo ita fuerit protectus. Idem tibi accideret,

ret, si DEUS oculis repræsentaret summum periculum, in quo versabaris, æternum pereundi. Quid ergo agas, quàm non prorumpas saltem in devotam actionem gratiarum tam pio protectori reddendam, quòd non exclames. *Miserordia Domini, quia non sumus consumpti.*

2. Considera, quàm stultus foret ille peregrinus, qui agnito periculo, quod ineurit, nocte proxima denuò rediret ad oram ejusdem præcipitij radendam. Nonne mereretur omnino destitui patrociniò Cælesti? Tu verò quid agis, dum ad pristina peccata denuò revertaris? bene attende, quia sicuè parum absuit, ut perires; ita parum abesse potest, ut pereas. Credisne Domino multum fore negotij, ut te permittat ire in ruinam? imò potius laborandum ipsi est, ut te servet, tot sunt demones, qui continuò adversus te vociferantur, ut potestas fiat furioso impetu te impellendi: *Laboravi sustinens. II. 1. 14.*

3. Considera, illum Peregrinum, qui aliquando feliciter evasisset ab imminente sibi periculo, non solum ad prius præcipitium haud reversurum, sed quàm posset longissimè recessurum. Cur igitur si non ad prius præcipitium omnino redis, illi saltem appropinquas? Ita est, propositum tibi est, ut ais, non amplius peccato mortifero te obstringere. Sed interim quid agis? semper vagaris inter occasiones etiam proximas peccandi. Hocine est demonstrare, à te agnoscere beneficium, quod DEUS tibi

præstitit tantà benignitate, à periculo præservando? hoc potius est illud provocare ad furorem, illum irascere & incendere, abutendo scilicet te patientià indefensâ. *Conversi sunt, & tentaverunt DEUM, & Sanctum suum exacerbaverunt. Pl. 77. 4.*

4. Considera, si confidas de auxilio Divino, dum ultro te exponis precipitijs, vehementissimè te falli. *Spes ejus frustrabitur eum, inquit Job, & videntibus cunctis præcipitabitur.*

28. Fieri potest, ut aliquando ex misericordiâ speciali etiam tali te DEUS te servare dignetur. At communi lege quid fiet? cades. Deus autem hominem prudentem generalibus regulis gubernare se ipsum. Audi igitur, quale sit mandatum, quod Dominus Angelis tuis tutelariis dedit: *Angelis suis mandavit de te, & custodiant te in omnibus vijs tuis. Pl. 138.* Non in precipitijs, sed in vijs. Si te gradiaris itinere, prout necessitas requirit, per vias tritas, & occurrat tibi aliquod offendiculum, occurrat obliculum, occurrat periculum etiam gravissimum, cadendi, Angelus, qui tibi assistet, mandatum habet promptè tibi succurrendi, ne cadas. Non ita, si te ipsum in rupes, loca aspera, & confragosa immitras. Ire te sinet in præceps. Fortè puras etiam in via Regiâ non occurrat pericula, in quibus maxime opus tibi sit prompto adminiculo. Valde deciperis. *Lubricaverunt (ita loquebatur Jeremias et si sanctus) lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum.*

Thr. 4. 18. Via platearum sunt præ-  
 alis planæ, politæ, publicæ, & in his ta-  
 men multoties offendimus, in his ca-  
 dimus, tanta est infirmitas humana.

## XXIII.

*Quicumque voluerit amicus esse seculi hujus, inimicus DEI confisur-*  
*tur. Jac. 4, 14.*

1. Considera seculum esse mensuram  
 ejus, quod præterit, eamque ma-  
 ximam. Prima est hora, tum dies,  
 dem septimana, sequitur mensis, an-  
 nus, & denique seculum. Proinde lo-  
 cus, in quo attenditur quærendis bo-  
 nis, quæ transeunt, lapsu temporis se-  
 culum vocatus est, hoc enim summum  
 est, quo frui liceat his bonis, unum se-  
 culum. Imò quis hodie invenitur,  
 qui illis tam diuturnatur? Idem secu-  
 lum illa tibi donat & aufert. Nunc  
 vide tantisper, an non vel solo nomine  
 seculum amittat fidem. E contrario  
 DEUS quid nominis? Is, qui est Do-  
 minus seculi, immortalis, immutabi-  
 lis, qui non subjacet alicui temporis  
 mensura, quia sicut hujus est Author,  
 ita ipsi quoque dominatur. *DEUS*  
*autem Rex noster ante secula. Psalm.*  
*73. 12.*

2. Considera seculum suo Domino  
 rebelle majorem, quam ipse habeat,  
 in cor tuum sibi potestatem arrogare.  
 Et quamvis nequeat demum alia of-  
 fert bona, quam sibi propria, hoc est,  
 bona, quæ transeunt, & ut talia sunt,  
 temporalia & fluxa nominantur, con-  
 fidit tamen te magis illis adhæsurum  
 quam ipsi DEO, qui bona sibi similia  
 pollicetur, hoc est, æterna. Penes te est,  
*R. P. Pauli Segneri Manna Anima.*

quid statuas. Imaginare tibi seculum  
 ex unâ, DEUM verò ex aliâ parte cer-  
 tatim contendere, quis te potiat. So-  
 culum promittit tibi voluptates, divi-  
 tias, honores, quæ sunt omnia ejus bo-  
 na; sed non promittit nisi ad dies vi-  
 tæ, ad unum seculum, & non ultra. Si  
 malè cesserit in vitâ alterâ, tuum est  
 damnum. DEUS vult tibi largiri  
 bona infinites majora, sed non in secu-  
 lo. Vult ea tibi postea largiri in æter-  
 nitate. *Æstima, quid secundum re-*  
*ctam rationem oporteat amplecti.*

3. Considera meritò videri nullum  
 esse deliberationi locum, nisi tot cer-  
 nesentur seculo potius adherere  
 quam DEO. Siquidem plerique ho-  
 minum vivunt instar brutorum ani-  
 malium, multum præsentibus intenti,  
 parum futuris. Tu esto verus homo,  
 & idè futuris potius quam præsentibus  
 attende. Ecce duas vias coram  
 te, unam, quâ te ducere vult seculum,  
 alteram, quâ te ducere veller DEUS.  
 Non intra clausis oculis, sed antè con-  
 sidera. *Via peccantium* (hæc est via  
 seculi, quia via potiorum) *via peccan-*  
*tium complanata lapidibus. O viam*  
*pulchram, totam lapidibus constr-*  
*tam etiam splendentibus, totam ama-*  
*bilem! numquid per eam incedere*  
*dele-*

delectat: sed tantum progredere paulisper, videbis. *Et in fine illorum.* Hoc nempe pessimum. Finitur statim lapidum elegantia, & tum quid succedet? *Et in fine illorum inferi, & tenebrae, & poena.* Eccl. 21. 11. *Inferi* superbis, qui passi sunt se offerri ab ambitione; *Tenebrae* avaris, qui permiserunt se excari a divitiis: *Pena* impuris, qui admiserunt blandimenta libidinis.

E contrario etiam considera viam DEI, illam, inquam, viam, quæ est extra seculum. Non nego illam tibi principio visum iri angustam. Vivere in puritate, vivere in paupertate, vivere in subiectione continua: *Arcta via est.* Nosti autem, quod te ducat? *Ducen ad vitam.* Quid ais igitur? Cui è duabus vijs te committes? seculi, an DEI? Tandem statue: sed dum statuis, dici tibi puta: *Quicumque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.*

4. Considera non dici: *Quicumque voluerit esse in seculo, inimicus DEI constituitur.* Sed: *Quicumque voluerit amicus esse seculi huius.* Quia, ut verum fatear, poteris esse in seculo, & non esse amicus seculi, hoc est, per ejus viam non incedere, sed omnino contrariam, illam videlicet religioforum. Neque enim vera Religio ullo vel Alvernæ, vel Camaldolensi, vel Cassinate, vel Gratianopolitano monte circumscribitur. Potest illam, quisquis velit, invenire in medio seculi, modò ab illo se servet illibatum. *Religio munda apud DEVM & Patrem hæc est, immaculatum se custodire ab hoc seculo.* Jac. 1. *Credisne autem eò*

te posse perungere? si facile foret, tibi fortitan videtur, non in illa tantum juga fugisset Religio, que tantum præferunt horrores. Difficilimum est manere in seculo, & tam ejus amicum non constitui. Porro ejus amicus constitueris, actum est, jam es inimicus DEI. *Quicumque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus DEI constituitur.* An exiguum malum videtur, ut aliud non sit, porci claudere semper, ne incurras inimicitiam horrendam? quid non agis, ut dednes inimicitiam unius Principis, unius nobilis, unius civis, unius hominis tibi similis? & ut evadas inimicitiam Dei non placet auspiciari statum etiam seu sualitati tuæ molestum? bene non idem esse contrahere amicitiam cum seculo, & contrahere inimicitiam cum DEO. Nihil medium intercedit: *Quicumque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus DEI non constituitur, sed constituitur,* & quid est hoc dicere: *Inimicus DEI constituitur,* nisi quòd statim fiat inimicus DEO, sicut is, qui jam diu inimicus extitit, hoc est, inimicitia firmata robusta, quæ deinde non tam facile desinit: *Non fit inimicus DEI, constituitur.* Quia cum quis cepit ex instituto estimare præsentia bona, quod est esse amicum seculi, quàm difficile est eum unquam amplius capi amore futurorum. Vis igitur cautè agere? relinque seculum, dum potes, vade de gere tuum seculum extra seculum. Vade, ubi credis te posse vivere in terra non modò bene, sed & sanctè. *In partes vade seculi sancti.* Eccl. 17. 23.

1. Considera denique, quid tibi agendum, si in tali statu verteris, ut non possis ullâ ratione fugere à seculo. Quid agendum? Non potest tibi alia dari regula, nisi quam innuimus. Non conformeris cum seculo. *Nolite conformari huic seculo.* Rom. 12. Non conformeris dictamine, non conformeris affectu, non conformeris actione. Video, quàm sit difficile esse in seculo, & non conformari eum seculo. Sed quid ages? quamprimum te illi conformabis, etiam amicus eris. Hoc est enim esse amicum alicujus, habere dictamina similia, affectus simi-

les, actiones similes. Ne cures igitur eò ire, quò plures eunt: *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Cura illis age, qui non sunt amici seculi, ama templa, ama religiosa claustra, ama loca seculo inimica. Verbo, nunquam tibi sit regula agendi, quod vides seculi moribus receptum, sed sola Lex Divina. Quâ autem ratione id ipsum consequi licebit? dum saepe tecum reputas, quæ demum sint illa bona, quæ tibi seculum præstare potest, ejus voluptates, divitiæ, honores, si tamen bona sunt, ut diutissimè durent, non esse nisi unius seculi bona.

## XXIV.

*Ipsè Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quòd sumus Filii Dei: si autem Filii, & heredes. Heredes quidem DEI, cohæredes autem Christi: si tamen compassimur, ut conglorificemur.* Rom. 8. 17.

1. Considera, quale sit testimonium, quod Spiritus sanctus nobis reddit, esse nos Filios DEI. Non est externum, ut illud, quod Christus accepit ad Jordanem, unde dicitur reddi *Spiritu nostro*, non oculis per viam visionis, nec auribus per viam locutionis, *Spiritu*. In quo igitur consistit ejusmodi testimonium? consistit in illo intimo sensu amoris filialis, quem nobis infundit erga DEUM, ita, ut abhorreamus à peccato, sed purè, quia est offensa DEI, ut libenter sermocinemur de DEO, multum operemur, sed solum hoc sine sublimi quærendi gloriam Divinam. Beatus, qui cor-

de suo possidet hunc purum amorem. Hoc enim certissimum est signum, quod, seclusâ revelatione manifestâ, haberi possit, te esse Filium DEI. Hoc enim est procedere ad modum filii, ex amore, non ex metu operari.

2. Considera nobilem consequentiam, quæ ex eo infertur, quòd sis Filius DEI, nempe esse pariter & hæredem. Dona (qualia sunt bona terrena, bona temporalia) pertinent ad servos, unde Ismaël aliud non habuit, quàm dona. Ad Filios spectat hæreditas, prout illam habuit Isaacus. Verum est maximam esse inter humanos filios, & Divinos differentiam. Hu-

R. 2

manant

mani hereditatem non ad eunt ante mortem Patris, secus Divini. Hereditas istorum ipse Pater est. *Pars mea Dominus dixit anima mea.* Th. 3. 24. Quoniam ipsorum Pater opes non possidet à se distinctas, omnes in se uno continet, quia ipse DEUS est, bonum immensum, bonum infinitum. Et ideo ut tale, eodem tempore, quo se fruatur, simul se præbet fruendum, nec uni soli fruendum, sed omnibus, quotquot fuerint, quin per numerum hereditum, qui successione quadam veniunt in possessionem hereditatis tam magnifica, portioni illius quidquam detrahatur. Et ubi uspiam in hac terrâ hereditatem talem reperies? nec curas tamen?

3. Considera, si simus heredes Dei, hinc aliam duci nobilem consequentiam, nempe nos esse etiam cohæredes Christi. Christus est Filius per naturam, nos per adoptionem, sed nos, quantumvis Adoptivi tantum, erimus cum naturali ejusdem consortes hereditatis. Et quis explicet, quanta sit hæc gloria nostra? Nunquam ad eam licuisset nobis pertingere, nisi Christus ipse nobis impetrasset suis precibus, suo labore, suo sudore, imò & omni suo sanguine profuso. Hoc verò numquid aliud est summum planè miracu-

lum? Nullus inter homines filius naturalis cuperet à Patre suo quemque adoptari extraneum. Potius caritate soli sibi vendicandi regnum adde potuit, ut fratres suos reliquos naturales occideret, uti fecit Abimelec, qui septuaginta super unum pedem propriâ manu jugulavit. 9. 5. Christus non occidit quemquam sed occidi voluit, ne solus regnaret. Tanta fuit ejus charitas.

4. Considera non esse, quod speres ex nomine hereditatis te æternam beatitudinem posse consequi absque labore. Quippe cœlestis hereditas non est, ut illa mundi, quæ sæpe provenit non merenti, non procuranti, non cogitanti, imò etiam dormienti. Necessè est illam sibi lucrari. Christus filius est naturalis, & tamen nobis quantum illum pati oportuerit, ut obtineret. Et tu, cum sis adoptivus tantum, impendes nihil? Si vis regnare cum Christo, convenit, ut pati velis cum Christo. Hæc est clarissimè adjecta conditio: *Si tamen compatimur.* Quanquam quid unquam patieris, quod æquet vel minimam eorum partem, quæ Christus passus est? Patieris cum Christo, sed non patieris ut Christus.





## Incarnatio Verbi Æterni.

Sic DEVS dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret. Joh.

3. 16.

1. Considera attentè summam hujus sententia sublimitatem, quæ egressa de ore Christi rotidè miracula, quot verba, continet. Quòd DEUS amet se ipsum, mirum non est, imò necessarium est, ut amea. Quòd amet aliquid extra se, maxime stupendum, cum ille in se complectatur, quidquid boni extra se reperit, & eminentià longè majore, quàm quo aurum in se continet plumbi pretium. Nam hæ ipsæ res, quæ in se sunt inanimæ ut metalla, lapides, margaritæ, in DEO sunt vivæ. Quod factum est, in ipso vita erat. Quæ in se sunt mixtæ, in ipso sunt puræ, quæ in se sunt caducæ, in ipso sunt perennes. Hinc est, quòd se solo sine ipsis possit æquè facere, quod faceret cum ipsis. Potest illuminare sine sole, refrigerare sine aquâ, refocillare sine aëre, calefacere sine igne, germinare sine terrâ, quidquid vult, quia in seipso concludit perfectionem omnium istarum rerum à se conditarum, & cum plerumque ipsarum utitur obsequio, bonitatis hoc est, non necessitatis. Quàm grande igitur prodigium hoc est, quòd amet aliquid extra se, & ita tamen est: DEVS dilexit. Unum invenitur isto majus portentum, quòd illud? Quòd

tu, cum nihil boni in te habeas, sed totum in DEO, nihilominus nescias amare DEUM, solum ames te ipsum.

2. Considera, quòd DEVS dilexit, & dilexit mundum, genus, inquam, humanum. Vide nunc, an istud sit admiratione dignum. Constat quosdam aliquando deperisse res oppidò heterochitas, volucres, canes, equos, serpentes. Ex his fuit, qui deperiret truncum Platani. Sed isti demum gratiam ab his rebus accepere quoddam genus obsequii, quoddam adminiculum, quoddam beneficii speciem. DEUS verò quid unquam ab homine accepit? aut quid se accepturum speraret? An gloriam suam? At ille etiam sine istâ non minùs beatus exiit ab omnibus retrò seculis. Imò amavit humanum genus non solum absque ullo merito antecedente, sed etiam cum plurimâ offensâ consequente, quia prævidebat majorem partem sibi fore ingratanam. Et tamen id ob stare non potuit, quin ejus amor æqualiter omnes complecteretur. Dilexit mundum, non aliquos in mundo, sed mundum. Et quamvis peculiari quodam modo prædestinatos amet: Jacob dilexi: quorum comparatione dicitur odisse reprobos: Esau autem odio habui.

R 5

*bni.* Absolutè tamen amat omnes charitate prorsus paternâ, quæ causa fuit, cur ejus Filius, Sol Justitiæ, nasceretur tam bonis quàm malis, & pluvia cælestis doctrinæ suæ se diffunderet, super justos & peccatores. Ecce igitur, ut in isto vocabulo *Mundum*, continetur prima mensura, quam agnovit Apostolus in amore Divino, quæ est *Latitudo*, & extenditur ad amandos etiam indignos, etiam ingratos. An ista quoque est mensura amoris tui, dum nec illum quidem amas, qui ad eum te amavit?

3. Considera non dici *Diligit*, sed *Dilexit*. Quia Amor DEI erga hominem non habuit principium, sed ab æterno extitit. Solus effectus amoris principium habuit. Ceterum non ignoras, quamdiu sit, ex quo Dominus te amat. Ex quo scilicet se ipsum amat, Porro sicut hic amor initium non habuit, sic nec ex parte suâ finem habebit per omnem æternitatem. *Misericordie Domini ab æterno, & usque in æternum semper timentes eum.* Imò eò usque porrigitur hujus constantia amoris, ut, quando etiam culpâ nostrâ vinculum rumpitur ejus amicitia, quæ inter nos & ipsum intercedit, ille semper firmissimus persistat infinitâ suâ charitate desiderando, ut illam denuo reparemus. *Nunquam excidit.* 1. Cor. 13. Omni momento promptus est, ut nos denuo in gratiam admittat, quas rebus nostris indigeat. Sufficit petere veniam, mox obliviscitur injuriarum, quas fecimus. *Fornicata es quæ amatoribus multis, tamen revertere*

*re ad me, & ego suscipiam te.* Est amorem Domini in se perfectissimus. Non periculum, ne aliquando finiret, quia idem ipse est, qui principium fuit. Est Amor DEO infusus. *Dilexit.* Igitur *diligit*, igitur *dilexit*, quantum in se est, nunquam deficiet. *Ego DEVS, & non moror.* Et ecce! quomodo hæc voces *Dilexit*, alteram aperiant mentem, quam agnovit Apostolus in Amore Domini, quæ est *Longitudo*. An eadem est mensura amoris tui, qui non potest vel uno die eum amare, qui te totâ æternitate dilexit?

4. Considera, quòd Dominus non solum *dilexit mundum*, verum *se dilexit, ut Filium suum unigenitum daret.* Nota in illo sic vehementiam amoris quæ Dominum rapuit ad excessum deò stupendum. *Quis ille fuit?* deorum excellentia. Aut forte pariter tibi videtur, quòd *Filium suum unigenitum daret?* *Filium*, non subditum, non servum, non hominem, qualis es, imò nec Angelum, Archangelum, aut Seraphinum, sed *Filium*, & *Filium suum*, hoc est, Filium non ab aliis acceptum, quales sunt illi filii, quos nunquam ajunt homines se donare DEO, sed verius reddunt, *Filium*, et aliis titulis *suum*. Ne dicam, quòd inter homines alia est Patrum, alia Filiorum substantia. Si Abraham dedit Filium, qui esset suus, non ideo dedit Filium, qui esset ipse. At in DEO fieri aliter non potuit. Debebat necessariò dare filium, qui esset ipse, si filium dare vellet non adoptivum, sed

nati-

naturalem, qui esset suus, *filium suum*: quia filius Divinus non est à Patre diversus quoad naturam, sed quoad personam tantum. Et tamen iste filius fuit unigenitus, *Unigenitum*. Si de pluribus, quos haberet, dedisset unum, etiam majorem, non fuisset adeo mirandum. At dare Unigenitum, hoc est, quod capi nequit. Facile credi potest, cum dederit maximum, quod dari possit, non negasse, quod est minus. Imò dando Christum, quid non dedit, quod dari nobis possit? *Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Rom. 3. Donavit, quidquid respectu nostri est ordinis superioris, ad fruendum, uti sunt Divinae Personae. Donavit, quidquid est ordinis quasi aequalis, ad convivendum, uti sunt Angelicae Hierarchiae. Donavit, quidquid est ordinis inferioris, ad utendum, uti sunt res ceterae create, quarum dispositio pendet à Christo illarum Domino. Quis igitur non videt illum omnia donasse, cum Christum nobis tradidit? Jara tempus illud advenit, in quo *Nihil deest timentibus eum*. Et ecce! ut in his vocibus *Filium suum unigenitum*, includitur tertia mensura, quam agnovit Apostolus in Amore Divino, quae fuit *Sublimitas*. An ista quoque mensura est amoris tui, dum adeo parum elevatis? Non potes illi vel minimum dare satisfactionis vilissimae, qui tibi tantum exhibuit favoris. *In sublime erigere, & esse gloriosus*. Job. 49. 5.

5. Considera postremum vocabulum *daret*, quo demonstratur, quousque se demiserit hic amor, nempe ut daret hunc Unigenitum. Non ait, ut donaret, sed ut *daret*. Gemma summi pretij donari potest etiam vilissimae personae, quin ideo vilescat: At dari non potest, quin vilescat, pro te nihili, dari pro pomo, dari pro panis frustulo. Et tamen DEUS cur dedit proprium filium? ut hominem haberet. *Ut servum redimeres, filium tradidisti*. Si dedisset, ut gloriosus inter homines regnaret, ut tributa acciperet, ut de hostibus triumpharet; abunde fuisset. At dedisse, ut pro salute hominum in Cruce moreretur, O rem stupendam! nonne hoc est deprimere filium, ut exalter servum, quasi supra conditionem filij? Ita profectò, ut nos essemus capaces Naturae Divinae, istam demisit ad vilitatem Humanam. Hinc est, ut, quoties in scripturis sit mentio de dando Christo, non usurperet vox Doni, sicut cum de Spiritu sancto sermo est, sed quasi contractus, & permutationis reciprocae. *Redemptionem misit populo suo. Pro nobis tradidit. Pro nobis tradetur. Venit, ut daret animam suam redemptionem pro multis*. Qui videtur demissionis ultimus terminus, ad quem pertingere possit DEUS tam bonus omnia donare reliqua filio excepto: de hoc autem protestari, quòd det, quasi ad lucrum faciendum. *Expediat, ut unus moriatur homo pro populo*. Et ecce! ut denique hac postrema voce *daret* nobis indicatur quarta dimensio

mensio

mensio, quam pariter agnovit Apostolus in Amore Domini scilicet *Profundum*. An hæc mensura etiam reperitur in tuo, dum ad eum superbis, etiam postquam vidisti ista humilitatis in tuo Domino portenta?

6. Considera pro ultimo admirabilitatis complemento, omnem hunc amorem, qui ad eum omnem modum supergressus est, in DEO tamen summe rationabilem fuisse. Sed quare? quia omnino Amor DEI est. *DEVS dilexit*. Est super omnem rationem, super omnem legem, & est amor, qui equidem fundamentum habet, sed non nisi in bonitate infinita. *Diligam eos spontaneè*. Os. 14. Aliud responderi nequit, quod saltem plenè satisfaciat. Unde dicitur nos non posse comprehendendo assequi, qualis sit, sed sequi tantum. *Sequor autem, si quomodo comprehendam*. Phil. 3. Soli sancti comprehendunt, qui illum jam in cælo clarè cognoscunt. Et

ideo fideles hortabatur Apostolus se disponere, ut etiam ipsi possent quando fieri participes tam beatitudinis. *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & altitudo, & sublimitas, & profunditas*. Eph. 3.

Ceterum donec velut nocturno gamur circa terram, quomodo serpenmur tam luculenta vestigia, quæ sunt Divini Solis? *Forfitan vestigia DEI comprehendens*, dicebat Job, *usque ad perfectum Omnipotentem conperies? Excelsior cælo est, & quid tibi? profundior inferno, & unde cognoscet? longior terræ mensura ejus, & latior mari*. c. 11. 7. Quæ sunt hæc ipsa quatuor dimensiones à nobis conceptæ in Amore Divino juxta lumen nobis subministratum è grandibus Christi verbis? *Sic DEVS dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret*. Quæ per omnem vitam non sicut gustu perpetuo licebit meditari.

## XXVI.

*Terra sepe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam his, à quibus colitur, accipit benedictionem à DEO: proferens autem spinas ac tribulos reproba est, & maledictio proxima, cujus consumatio in combustionem*. Hebr. 6. 7.

Considera terribilem differentiam, quæ inter Terram & Terram intercedit. Utraque accipit easdem de cælo gratias, sed non eodem modo utraque respondet, & sic una est benedicta, altera reproba. Idem est inter duas animas discrimen, quibus cum

æqualia de Cælo beneficia præstentur, inæqualiter tamen beneficijs respondent. Age, examina paulisper, utrum in te reperias signa illius, quæ est benedicta, an alterius, quæ est reproba. Non enim media inventur.

3. Considera, imprimis, quemadmodum universim omnis terra, quancunque sit fertilis, non potest ex te germinare vel tenue gramen, absque beneficio irrigationis, sic eandem esse humanæ animæ conditionem. Sit aptissima per naturam ad faciendum bonum, hoc illi non sufficit, opus est gratiâ Divinâ? *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Pl. 84. 13. O si denique hanc caperes veritatem, non dico, modo quodam speculativo, sed practico; beaum te! Tunc enimvero omnino tibi diffideres, & ore hiante ad modum terræ in calore æstivo DEO dices: *Animæ meæ sicut terra sine aquâ tibi.*

3. Considera nunc parùm, quoties cælum hunc imbrem dedit super animam tuam, longè scilicet copiosum magis, quàm tot alijs, quæ nascebantur, ubi major est raritas auxiliorum spiritualium. Verum est hanc pluviam, si rite consideres, aliam sonoram, aliam tacitam extitisse. Tacita sunt inspirationes internæ, quæ descendunt, sicut pluvia in vellus. Sonora sunt prædicationes, consilia, incitamenta, & correctiones, quibus DEUS exterius voluntatem suam tibi aperuit. Quæcumque sit, quantò major illa fuit, quàm quæ innumeris contingere potuit. Dicit potest Dominus super te *Effudisse imbres ad instar gurgitum, quæ de nubibus fluunt.* Job 36. Adeo illa fuit copiosa.

4. Considera, hanc ipsam pluviam, qualiscunque sit, pariter ex alto  
*R. P. Pauli Segneri Manna Anima.*

lpsam, *super te*, quia idem semper DEUS extitit, qui *mandavit nubibus de super.* Ipse fuit, qui linguam movit illi Oratori sagro, illi Parocho, illi conscientia; arbitro, fecitque singulari quodam modo, ut aptè tibi loquerentur. Nunc considera tantisper, quomodo responderis. An produxisti herbam, quæ desiderabatur, herbam utilem, gratam, salubrem, opportunam, qualis est illa operum bonorum? si ita est, potes solari te ipsum, quia ipse Dominus ex alto tibi benedixit, hoc est, præmium tibi præparavit in Paradiso, ut illis, quibus dictum est: *In hoc vocati estis, ut benedictionem hereditare possitis.* Nempe prout præparavit electis. At si loco talis herbæ solum produxisti spinas & tribulos, hoc vult, peccata, licet aliqua minora, significata per spinas, alia majora significata per tribulos, miserum te! O quantum tibi supplicium imminet!

5. Considera formidabiles loquendi modos, qui de terrâ ejusmodi usurpantur. Tres sunt, qui continent ejus reprobationem, condemnationem, & punitionem.

I. Itaque dicitur esse *reproba*, seu æterno tremendoque offensi Numinis decreto reprobata; quia unum è certioribus signis reprobationis est, sæpe recipere auxilia operandi bene, & his tamen non uti.

II. Dicitur *Maledictio proxima*, id est, proxima accipiendæ sententiæ damnationis æternæ, quia DEUS admodum diu tolerare non solet ingratitude,

dinera,

dinem, qualis est ista, celeriter vindicare necesse est.

III. Dicitur ejus consumasio futura in combustionem, castiganda scilicet igne infernali: hæc est enim pœna proportionata terræ tantum in herbas malignas fecundæ, concrematio per ignem.

3. Considera, quanto igitur studio curandum sit, ut respondeas innumeris favoribus, quos DEUS suprate

continuo depluit, ut ad bene agendum te extimulet. Eoque magis, quia gratia accipit benedictionem à DEO etiam alio sensu, quatenus illum non vet ad eam quotidianis influxibus magis irrigandam, facitque, ut malis cet locupletare eam. Pl. 64. 9. ut contrario ingrata illum movet ad spendendum omnem fluxum gratiarum, facitque, ut jam non aqua sed flammam pluat.

## XXVII.

*In omnibus operibus tuis præcellens esto. Eccl. 33. 23.*

1. Considera ad id denique reduci omnem perfectionem tuam, ut facias, quæ sunt propria ejus Instituti, muneris, & gradus, in quo DEUS te posuit, sed in omnibus facias excellenter. *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Tu te nimis inflammari desiderio illarum actionum, quæ ad te non pertinent, & credis, si fores in illo alio statu, etiam te facturum res eximias, res præclaras, & ad insignem perventurum sanctitatem. Sed quis hoc tibi dixit? superbia tua. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere. Prov. 21. 5.* Quia pro eo, ut alienas consequaris divitias, proprias amittes, à quibus interim oculos erigis. Qualia sunt illa opera, quæ DEUS certò à te requirit? sunt opera officij tui. Donec statuas in his, in operibus tuis, omnem tuam consumere diligentiam, illa alia etsi tam excelsa, ad quæ aspiras, non te facient san-

ctum, sed potiùs vel inquietum, & deceptum.

2. Considera sanctitatem non consistere in eo, ut facias opera excellentia, sed ut facias excellenter. Ut ait: *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Vides sanctitatem non in operibus quæri sed in operante. Sicut illa opera ignobilia, quæ tractas, sine trivialia, sunt tenuia, ne dubites, sufficient ad sanctitatem, modò sicut ad perfectionem summam, quæ ipsis convenire possit. Qualia demum fortitudinis exempla dedit celebris illa Mulier fortis appellata? Fortè in aciem processit ut Debora ad prosternendos Amatorum exercitus? Sisaram aliquando confixit cum Jachele; aut cum Juditha Holofernem jugulavit? si ritè ponderes, omnia ejus præclare gesta fuerunt in tractandâ colo: *Digiti ejus apprehenderunt fusum*: in lanâ & lino procurandis, in lampade per noctem

animandâ: *Lucerna ejus non extinguitur in nocte.* Et hoc tamen factis erat ad conferendam illi sanctitatem. Officium suum bene fecit, aut, ut melius loquar, fecit cum excellentiâ.

3. Considera hanc excellentiam non posse obtineri solo modo externo, qui in agendo servatur, etsi perfecto; opus est interno. Et ideo ad operandum excellenter procurare necesse est summam rectitudinem intentionis, dirigendo, quidquid facis, semper ad DEUM, ad majus placitum DEI, ad majorem gloriam DEI, infra hunc scopus alius nunquam designandus est. Omnes creati sumus propter DEUM: hic est finis noster: & ideo, cum itur contra hunc finem, opera sunt iniqua. Si non itur ad hunc finem, opera sunt inutilia. Num aliquando in magno navigio es versatus tempore in malicia? videris tunc navigantes vario occupari ludo, ad tardum pellendum. Quod si tamen ex his quæras, quid faciant, omnes respondent: tempus perdimus. Quid ita? an non ludunt, cantant, confabulantur, piscantur? Ita sanè: sed tempus perdit, qui non semper ad finem tendit. Finis autem navigantis non est piscari, confabulari, cantare, sed ad portum tendere. O quantum sæpe temporis perdidisti in tot operibus à te factis, quia non omnia semper ad DEUM direxisti. Ea fecisti propter alios fines si non criminosos, saltem humanos. *Opera eorum opera inutilia.* H. 39. 6.

4. Considera, cum hoc modo 2-

ctionem tuam direxisti, nondum esse acquiescendum. *Pracellens esto.* Ut excellentiorem reddas, unire oportet, sed cui? similibus operibus, quæ JESUS fecit. Ista profectò sunt, quæ illi dare pretium possunt. Nam quidquid demum per te agis: *omnes justitia tua quasi pannus menstruata.* Quantumcunque, de proprijs circumdes vestimentis, semper apparebis coram DEO non modò pannosus, sed & fordidus. Quid igitur facies? Comparebis sub pulchris JESU Christi indumentis. *Induimini Dominum JESUM Christum.* Non est JESUS ut Esau, quem malè habuit, quòd Jacob ejus se tunicâ vestiret. Summè hinc lætatur. Et tu interim quasi furtivè benedictionem rapis longè majorem illâ, quæ tibi contingeret. Nam ut primus Cælestis Pater per te senserit *Vestimentorum illius fragrantiam*, quæ aded pura est, aded perfecta, *sicut odor agri pleni*, aliud non spectat, brachijs collum stringit, tibi blanditur, te complectitur, & ob voluptatem, quam hinc capit, ut primogenitum te tractat, id est, longè magis te locupletat, quàm per te ipsum merebaris, *gratificas in dilecto filio suo.* Eph. 1. 6. O inventionem mirabilem innocenter sibi conciliandi ex alieno pretium!

5. Considera, unitâ in hunc modum actione, ulterius procedendum: *Pracellens esto.* Dilatandus est animus desiderio longè plus faciendi pro DEO, quàm sit illud modicum, quod facis. Si peccator aliquis ad ejus pedes compunctus adducitur, de-

sidera posse eundem in modum adducere universos. Si sudorem spargis, desiderata posse spargere etiam cruorem. Si quid molestiae toleras, etiam conculcari desiderata. *Longos fac funiculos tuos.* II. 54. 1. Nescis, quam bonus sit Dominus noster? aliter facit quam homines solent: voluntatem perinde ut opus remuneratur. Hinc est, quod ultimi operarii, qui horam undecimam venerunt ad vineam, aequalem primis mercedem acceperunt, quia, etsi tantum non laborarunt, laborare tamen desiderabant, & idcirco ut primi summo manè suis instructi ligonibus in foro publico comparuerunt, praestolantes, qui conduceret. Itaque cum restibi sit cum Domino tam bono, noli quasi vile conchylium in resti sua, concludi angustijs ejus simplicis actionis, quam exerces, sed affectu dilata. *Dilata locum tentorii tui.* II. 54. 2. Tanto enim erit capacior meriti. Nisi plus merearis, quam juxta proportionem operis, quod facis parum admodum mereberis. Oportet simul desiderijs juvari: sicut enim ista nihil profunt, quando interim opera omittis: ita his adjuncta plurimum conducunt. *Eandem habentes remunerationem*, quasi eadem faceretis opera, quae ego facio, *Dilatamini & vos.* Ita Apostolus suis Corinthijs dicebat. 2. Cor. 6. 13.

6. Considera etiam dilatata sic actione nondum esse acquiescendum, sed ulterius promovendum gradum. *Pracellens esto.* Hoc fiet, si DEO commendes hanc ipsam actionem, ut ad

exitum perducatur absque dolo vanitatis, aut impatientiae, inconsiderationis, aut tardij. Quis exultat tantopere inimicus semper cum insidiando omni bono, quod? Unde debes in rebus omnibus Deum implorare auxilium. Id, quanto studio fuit commendatum antiquis Ereni cultoribus: semper cum ferre lingua verba illa: *DEUS adiutorium meum intende.* Neque illi unquam te fore molestum tantum miliari recurfu: imò non poterat majorem creare gustum. An te illum esse amantem, & ardenti affectu tibi copulari? Est autem proprium fictim amantis, velle habere partem in omni opere amati, omnibus se aequoscere, in omnia ingerere, & eum gloria non aliter ac propria tractant suscipere. Itaque si gustum dare tantopere amanti, omnia, quae in ipsum exonerat. Dic, ut eorum gerat curam, te enim nihil posse nisi plenum defectibus. *Domine ad adjuvandum me festina.* *Domine ad adjuvandum me respice.* *Adjuvame nullum aliud auxilium habentem te Domine.*

7. Considera, si in omnibus operibus tuis haec quatuor praestabis, dirigendo, uniendo, dilatando, commendando eo modo, quo diximus, illa te cum omni excellentia facturum: *Pracellens eris:* quia plures actus, quam quatuor, non videntur posse aequaliter convenire in quacunque actione, omnibus. An omnes isti in omnibus conveniant, eas perquirendo, quae



te spectant, cognoscere licebit. Verum est initio videri posse difficile hos actus crebro exercere. Aliter senties, si observes non tam intellectus quam cordis hoc opus esse. Istud est, quod desiderat Dominus: *Quis est iste, qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi?* Jer. 20. Non ait, *qui applicet intellectum, sed qui applicet cor.* Quod si forte nondum satis est animi, præterea fac in hunc modum. Manè confurgens actus istos generatim efforma

complectendo, quidquid eo die facturus es. Interdium deinde per intervalle hos renova, sed magis sigillatim, cum certa opera, ea scilicet, quæ plus momenti habent, sunt peragenda. Et sic, quoad potes, *in operibus tuis præcellens esto*, ea faciendo exterius cum accuratone, interius cum eminentiâ charitatis, quæ superet vulgarem, hoc enim est *præcellere*, & supra turbam assurgere.

## XXVIII.

*Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, in requie opulentâ.* Isa. 32. 18.

2. Considera istum beatum populum, de quo disseritur hoc loco, non posse quendam esse populum, qualis est imperfectorum, sed valde spiritualem, valde sanctum, *populum peculiarem*, quia ponitur, opus illi non esse, stare toto die in arenâ laboriosi certaminis, dum mox adjungitur: *Sedebit populus meus &c.* Sed qui sunt isti, quibus ea fors contingit? pauci protecti. Sunt illi soli, qui suis cupiditatibus dominantur. Ceteri nequeunt sedere, sed necesse est eos semper stare in armis. Proinde ut intelligas raram felicitatem illius, qui cum diu animosè certaverit, denique hoc sui dominium consequitur, vide, qualis illa futura sit sessio: *Sedebit in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, & in requie opulentâ.*

2. Considera, qui suis edomandis affectibus satis viriliter advigilavit,

sessurum per reliquum vitæ suæ spatium ut plurimum *in pulchritudine pacis*, quia Pax aliud non est, ut ait S. Augustinus, quam *tranquillitas ordinis*, unde etiam vides perturbationem ordinis esse destructionem pacis. Jam verò, quam bellus est ordo, quo fruatur Justus antea descriptus. Est ordinatus cum proximo, quia statim cedit voluntati alienæ, non invidet, non presumit, non litigat, non persequitur, non ambit, & potest in pace vivere etiam cum his, qui bellum amant: *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.* Is. 119. Est ordinatus in se ipso, quia appetitus subjicitur rationi, & sic fruatur pulcherrimâ pace conscientia: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Nec experitur curas sollicitas, imò furias volantatis inordinatæ. Est ordinatus cum DEO, quia illi in omnibus semper subjicitur, & sic fruatur eo

genere pacis altioris, quæ superare dicitur omnem delectationem humanam: *Pax DEI, quæ exuperat omnem sensum.* Et cum non amplius patitur mentis perturbationes saltem notabiles, illo feliciter frui potest in oratio beatæ contemplationis. Verum est, ordinis seriem esse diversam ab illâ, quam descripsi, quia prima est pax, quam justus habet cum DEO. Ex hac redundat altera, quam habet in se ipso. Et ab istâ nascitur tertia, quam cum omni suo proximo servare potest. O te beatum, si te aliquando cupido incesseret pacis tam decorat? Annon vides quam sit pulchra? *Sedebit populus in pulchritudine pacis.*

3. Considera, ut hic ipse justus, quem vivens sederit *in pulchritudine pacis, sedebit moriens in tabernaculis fiducia.* Non erit tunc turbatus, anxius, sollicitus, prout impijs accidit, sed erit quietus, *sedebit.* In quo? in se ipso nequaquam. *In tabernaculis fiducia.* In plagis, inquam, Domini sui: quia fiduciam suam non collocat in bonis, quæ fecit, sed in cruciatibus, quos pro illo Christus sustinuit. Ita est, nisi fiat speciali DEI favore, ad ultimum usque vitæ terminum nunquam securum se putabit, ut idcirco non dicatur *in tabernaculis securitatis, sed in tabernaculis fiducia.* Sentiet tamen confidentiam tantò majorem in Domino, quanto major extitit timor, quo Patrem reverebatur in vitâ, quia scit se à Patre tam bono non deserendum in necessitate majore. Et quia major ista necessitas provenit à vehementi assul-

tu, quem tunc tentat infernus, in suis tabernaculis non egredietur, *sed bit in tabernaculis.* Non confugiet in Tartaro, sed contemnet, & solam debet invocare Dominum, ut in sacris vulneribus ipsum protegat, cur Columba, quæ non prodit ad periculum, sed in cavernis abditur, quæ ille nequit penetrare, & ita servat. *Columba mea in foraminibus petra.*

4. Considera, ut idem justus, postquam moriens sedit *in tabernaculis fiducia, sedebit post mortem in requie opulenta,* qualis erit, quæ perfertur in gloriâ Paradisi. Enim verò erit requies, & requies verè *opulenta.* Quæ est requies? non aliud nisi à motu cessatio. Talis vel non invenitur in terrâ, vel non est *opulenta:* quia temporalia bona non satisfaciunt, spiritualia satisfaciunt quidem, sed non omnino, eum hic non datur nisi ad mensuram, & ideo superat semper, quod animus desideret, qui tamen in cælo non tantum ad satisfactionem, sed ad fatiorem implebitur: *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Ps. 16. 15. Satiabitur quoad memoriam, quæ immensa DEO adeò delectabili, eum semper presentem possidebit. Satiabitur quoad intellectum, qui in DEO omnia videbit, omnia intelliget, omnia discet, nec jam obscuritati ne dum ignorantia subiacebit. Satiabitur quoad voluntatem, quæ plena DEO per amorem adeò complacere de beatitudine quam in ipso considerat, ut futura sit quasi propria, & sic habebit, quantum

tum volēt, quia eorum illud volēt, quo DEUS perficitur. Satiabitur quoad exercitium virtutum, quia omnes in perfecto gradu exercebit, si aliquas excipias viatoribus proprias, quæ quia tristitiâ vel timore miscentur, exilio relinquuntur. Exercebitur Charitas, exercebitur Obedientia, Humilitas, Religio, & præ omnibus continua Gratitude, nunquam cessatura à laudibus Divinis. Satiabitur bonis, quæ videbit etiam corpori communicari per Claritatem, quæ illud reddet adeo formosum; per Agilitatem, quæ illud efficiet adeo promptum: per Impassibilitatem, quæ illud eximet ab omni corruptione: per Subtilitatem, quæ ad spirituales quandam conditionem extoller, faciendo scilicet, ut instar spiritus operetur. Satiabitur omni genere satietatis, quæ possit sensibus præstari. Satiabitur in Visu ob perpetuam contemplationem rerum, quæ non tantum sunt pulcherrima, elegantissima, splendidissima, sed in perpetuitate suâ semper nova. Satiabitur in Auditu ob harmoniæ suavitatem, quæ undique resonabit. Satiabitur in Odoratu ob fragrantiam, quam spirabunt gloriosa corpora sanctorum, imprimis autem Christi, circa quod omnes congregabuntur ut Aquilæ, sed non viles, ut nostræ, quæ solis cadaveribus delectantur. Satiabitur in Gustu ob illud Cæleste Manna, quod longè magis quam terrestre continebit omnium copiam saporum. Satiabitur in Tactu ob voluptatem illi propriam sed defæcatam, quæ obli-

vionem omnium pariet dolorum, quos quondam exantlavit: Satiabitur in conversatione, quam habebit cum tantâ multitudine spirituum Angelicorum, & beatorum Cælitum, quorum discursus affectu, prudentiâ, pietate, spiritu, & suavitate erunt pleni. Denique satiabitur illo genere satietatis, quæ inest ipsi DEO, quia sicut DEUS extra se re nullâ indiget, ita Beatus extra se re nullâ indigebit, quia in se habebit DEUM cum summâ securitate illum nunquam amittendi. Hæc est requies opulenta, quæ nascitur ex rerum omnium abundantia.

5. Considera, si pertingere velis ad hunc statum, oportere, ut sis de illo populo, quem hoc loco Dominus modo tam singulari suum appellavit: *sedebit populus meus &c.* Ut adeo nolis amplius esse tuus, sed DEI solius. Cura, quantum potes, illi fidele servitium præstare, nec affectare, ut sedeas ante tempus. Si pacem in vitâ cupis, necesse est, ut pacem bellum præcedat, & ideo per mortificationem tui affectus omnes bene subigas. *Opus iustitiæ pax.* Is. 32. 11. Si vis in morte fiduciam, necesse est, ut fiduciam nunc timor præcedat, & idcirco sollicitè caveas illius offensam, à quo tunc defendendus es, sed ipsum pro viribus tibi concilies ejus sæpe recordando, illi sæpe te commendando. *Timentis Dominum bene erit in extremis.* Eccl. 1. Si desideras requiem post mortem, necesse est, ut requiem nunc præcedat labor, ita ut te impendas DEO, te

con-

consumas pro DEO, & parum cures humana te vaimenta, donec dicat tibi *Spiritus, non corpus, ut requiescas in horibus tuis, Apoc. 14. 13.*

## XXIX.

*Confundetur Israël in voluntate sua. Of. 10. 6.*

1. **C**onsidera, quis sit præcipuus finis, quare tanta hominum multitudo etiam spiritualium adeo sit propensa ad faciendam suam voluntatem. Sperat in ipsâ invenire quietem. Et tamen omnino oppositum contingit. *Confundetur Israël in voluntate sua.* Si quid est, quod te confundere & perturbare possit, est propriam sequi voluntatem. Quamdiu illam sequeris, nullam invenies quietem. Semper dubitabis, an sit melius hoc modo agere, an alio, conversari cum proximo, an amare solitudinem, dormire, an vigilare, jejunare, an comedere, & quod amplius de hoc cogitas, eò magis te senties confusum. Itaque si velis vivere quietè, statue non vivere arbitrio tuo, sed te subdere provido directori, qui gubernet.

2. Considera, sic agere duos litigantes admodum sagaces, qui nunquam possunt finire causam. Stare decernunt sententiâ alicujus arbitri, qui ipsos amicè componat, itaque finem imponat liti. *Judicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quid sit melius.* Ita dicebant semper inter se disceptantes amici Job. c. 24. 4. Caro & Spiritus sunt duæ partes vehementissimè litigantes: *sibi invicem adversantur.* Gal. 5. Pro quâ aptè suæ quæque causæ patrocinari potest. Dicit

Spiritus, convenire, ut majora præbatur poenitentia opera, quia ita fecerunt, quia gravia sunt delicta, cupiditates indomitate, quia non est peræ pretium in hoc mundo degenari nisi ut patrias: atque ita *Spiritus concupiscit adversus carnem.* Opponit caro, quia aucto poenitentia non poterit proximo auxilium dari quod dandum foret, & sic *caro concupiscit adversus spiritum.* Litigant, volunt, nunquam fiet, ut partes convenient, nisi compromittant. *Judicium eligamus nobis, dicere oportet, & inter nos videamus, quid sit melius.*

3. Considera, quod diximus, habere locum in quocunq; homine, quocunq; magis sit, doctus, illuminatus, intelligens, contemplativus. Quod suum ductum sequi velit, confundetur. *Confundetur Israël in voluntate sua.* Quid ita? Si sermo esset de pharaone, qui fuit simplex, perverus, seductus, *non habens cor,* posset tam intelligi. At Israël! & tamen sic dicitur. *Ipsemet Israël, videns DEVM, hominem tam sublimis, tam sanctus, etiam ipse confundetur.* Ut scias, si etiam electus esses ad excelsam contemplationis donum, ad extases, ad revelationes, ad visiones, ita ut familiarissimè loquereris cum DEO, instar Pauli jam raptus ad tertiam cælum, in re nullâ proprium

prium sequi sensum decet. Etiam tibi standum est alicujus Ananiae sententiã: *Dicitur tibi, quid te oporteat facere.* Act. 9. 7. Hęc est praxis personarum DEO dilectarum. Quamvis jam in alto gradu constituta, quamvis provectã prudentes, aptissimã alienos tractandi spiritus, suum aliorum regimini permittunt, sicut olim tyrones faciebant. Audi, quod de Esther scribitur, quę in Regiã typus fuit anima excellẽ: *Quicquid Mardocheus precipiebat, observabat Esther: Et ita cuncta faciebat, ut eotempore solita erat, quo eam parvulam nutrebat.* cap. 2. 20.

4. Considera felicitatem illius, qui per Religionis ingressum perpetuã obedientiã se consecravit, quia jam extra omnem confusionem est. Superiores sunt, qui pervigilare debent, *quasi rationem pro anima ipsius reddidit.* Ipse dormire potest quietissimẽ sub ipsis in re omni, in quã non manifestẽ cernitur peccatum. Non ipsi, sed aliis de ipso reddenda ratio, modõ obediãt. Ceterum si ve parum agat pœnitentiã, si ve multum, studeat, vel psallat, concionetur, vel contempletur, culmẽ vel cathedrã attendat, securus est semper id se facturum, quod tunc gratius est DEO, etsi eodem tempore ipse luderet, quo alij acriter se diverberarent. Nonne hęc est quies verẽ admiranda? & ita tamen est: *Qui custodiit præceptum, non experitur quicquam mali.* Ececl. 8. 5.

5. Considera alterum finem, ob quem amat homines suam facere vo-

*R. P. Rauli Segneri Manna Anima.*

luntatem, esse, ut obtineant non quietem tantum sed gloriam. Quasi semper ab alieno pendere nullo res sit vilis, grandis verõ propriã obsequi voluntati. Et tamen contrarium prorsus accidit. Si tuam feceris voluntatem, non modõ gloriã carebis, sed habebis confusionem. *Confundetur Israel in voluntate suã.* Dominum pessimẽ habet, quõd homines nimium propriis obsecundent voluntatibus, quia videt eas similes equis ferocibus, qui in præceptis trahunt. Proinde quid agite his illorum equis crura frangit ita, ut, qui insidet, dum maximẽ fervet cursus, fõdẽ prostratus humi inruentium risui se exponat. Tu incredibili curã illam ambis cathedrã, illam Ecclesiã, illam stationem, & nescis, quid etiam humanitus accidere tibi possit. Speras hinc gloriam consequi, promotionem tui, vel æstimationem parere: & si DEUS te amet, oppositum continget. Depressionem reperies, quia nimis tibi noxium foret, si tua consilia pferumque felicem exitum fortirentur. Ita tuã adhaeresceres voluntati, ut denique damnationem incurreres. Quid igitur facere oportet? illis te permittere gubernandum, ad quos spectat. *Obedite Præpositis vestris, & subiaccete eis.* Heb. 13. 7. *Obedite promptitudine operis, subiaccete subjectione intellectus, quã in eo consistit, ut persuasum habeas id semper esse melius, quod præcipitur.*

Exemplum Jonæ considera. Semper credidisset melius sibi fore in sinu navis, quã in ventre piscis. Et tamen se-

T

cus

eus accidit. In sinu navis, quia ultro se immisit, *invenit navim*, quietis loco passus est tempestatem, & pro gloria probum culit. An levis tibi ignominia videtur, quod fortes reum esse prodiderint ejus agitationis, quâ movebatur Oceanus? è contrario in ventre piscis quiete fruebatur, quia non ipse se immisit, in sinu piscis gloriam consecutus est. Fruebatur quiete, quia, ut vides, decantare hymnos potuit. Consecutus est gloriam, quia monstrum illud, dum in arenam evomit, tantum illi autoritatis conciliavit, ut

primâ concione sanctificaret. Non peccatricem. Summam igitur habe obedientiâ virtuti, nec dâ quisquis suum sequitur ductum, *fulsum isrl.* *Confundetur Israhel in luce suâ.* Quis autem magis confundetur? solus obediens: *si diverint, & observaverint, comple dies suos in bono, & annos suos in pio.* Job. 36. 11. *Complebunt dies suorum, quia vivent quietissimi, comple annos suos in gloria, quia morientur gloriosi.*

## XXX.

*Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes everunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* 1. Timoth. 6. 10.

1. **C**onsidera, alio modo truncum arboris, & alio radicem esse principium fructuum. Totidem fructus dat truncus, quot radix, sed ista hoc habet insuper, quod illos nutriat. Ecce nunc discrimen, quod est superbiâ inter, & avaritiâ. de quâ solâ hoc loco Apostolus loquitur, cupiditatem vocans, vel ut clarius exprimitur in textu suo originali, Philargiriâ, seu amorem pecuniæ: Superbiâ etiam ipsa parit cuncta hæc mala, quæ ab Avaritiâ generantur: sed avaritiâ præterea nutrit. Atque ita ubi superbiâ dicitur *Initium omnis peccati*, Avaritiâ etiam *Radix* appellatur. Si homines non tantâ aviditate congererent, & cumularent opes, an credis tantas fore

vires superbiæ? Considera superbiâ sed egenum. Non potest diu tenere omne illud malum, ad quod superbiâ locuples pertingit, imò nec tenere quidem. Et ideo videtur superbiâ, si per se spectetur, potius esse principium malorum ordine intentionis quia primum, quod vult homo, propria excellentia, & sic esse quæ stirps seu truncus arboris. *Initium omnis peccati superbiâ est.* Avaritiâ vero esse potius principium malorum ordine executionis (hæc enim est prima, quæ homini vires subministrat procurandi excellentiam cupitam, interveniente pecuniâ, quæ omnia potest) & sic etiam esse Radix. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Deinde

non dicitur esse Radix omnium malorum, quod omnia in omnibus pariat, sed quia parere illa potest, & reipsa plurima semper parit. Quo sensu etiam superbia dicitur stirps fecunda malorum. Arbor non semper profert omnes fructus, quos potest. Sed quid inde? nonne statim extirpatam illam ejicis ex orto, quæ non nisi pestilentem profert? itaque ne mireris avaritiam nondum omnes in te produxisse fructus suos pestimos. Producet illos quamprimum. Non audis dicentem Apostolum? *Radix est.*

2. Considera, quomodo compendio dicitur avaritiam non solum posse generare, sed reipsa generasse pestimos quosque fructus, dicit Apostolus, produxisse infidelitatem. Radix omnium malorum est cupiditas (vel dicamus *Amor pecunie*) quam quidam appetentes erraverunt a fide: ubi pro majore claritate notandum relativum quam non refertur ad cupiditatem, sed ad pecuniam, quæ in contextu latino non exprimitur, sed intelligitur: Hæc enim est, quæ appetitur. Poruit dicere Apostolus avaritiam generare duritiæ cordis erga pauperes, generare violentias, fallacias, fraudes, prodiones, sed satis ipsi fuit dicere, demum esse causam infidelitatis: Vide, quomodo, etiam in ipso intellectu. Multi fuerunt, qui metu tormentorū negarunt fidem. Sed malum non fuit intellectus, quem perverterit, fuit voluntatis, quam perterruit, & debilitavit: prout accidit in S. Petto. At avaritia amplius aliquid quocunque metu potest; quia facit,

ut non tantum in voluntate, sed in intellectu sit malum. Et ideo non ait Apostolus, *quam quidam appetentes negaverunt fidem, sed erraverunt a fide.* Et ratio est, quia fides Christiana nimis quantum adversatur votis cupidorum. Et ideo cum ferre non possint acerbos conscientia remorsus, sensim falso sibi persuadent, non adeo esse certa, quæ de rebus vitæ alterius sparguntur. *Venite, & fruamur bonis, quæ nunc sunt.* Unde tam grandis fiducia? *Non est, qui agnitus sit res versus ab inferis.* Sap. 2. Nec istud tantum, sed sicut omni modo laborant sustinere malè parra tanquam primum principium, cum in favorem suum non reperiunt doctrinas sanas, vertunt se ad conquirendas laxas, malè fundatas, infideles, & ita afficiuntur errori, ut non solum amplectantur, sed etiam adorent. *Communiaverunt veritatem DEI in mendacium, & coluerunt.* Rom. 1. 25.

Nunc vide paulum, an sit consentaneum rationi, hujus maledictæ cupiditatis pati dominium. Adeo perverter intellectum, ut etiam fidem tollat. En! quo denique prolabantur isti insatiabiles amatores pecuniæ, ad cultum idolorum. *Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, ut inverterint.* Ol. 3. 4. Sed ne pures solum esse Idololatrias, sunt schismatici, sunt hæretici, sunt Hebræi, sunt Turcæ, sunt demum, quidquid voles, quia amor pecuniæ facit, ut illi sectæ secederentur, quæ rationi statim plus utilitatis allatura videtur. Et sic patet re-

verà nullam certam fidem eos profiteri, sed errare incertos de fide in fidem, prout eorum rebus commodare videtur. *Secundùm multitudinem fructus sui multiplicaverunt altaria.* Ol. 10. 1. Atque hoc est, quod Emphasi majore dicere volebat Apostolus, cum ait: *Erraverunt à fide.* Vult dicere: *Erraverunt à fide in fidem, & sic potius Athei habentur.*

3. Considera, quomodo non dicat Apostolus: *Habentes pecuniam erraverunt à fide, sed Appetentes.* Quia is, qui habet, & non appetit, non eò pertinget mali. Pertinget autem, qui appetit, etsi non habeat, ut illam consequatur. Non est igitur malum in possessione pecuniæ, hinc enim aliqui magnum hauserunt profectum, sed in cupiditate illius. *Nihil est iniquius quam amare pecuniam.* Eccl. 10. 17. Ait *Amare.* Non ait *Habere.* At tamen bene nota, illos, qui è pecuniâ fructum perceperunt, non percepisse, dum servarunt pecuniam, sed cum eam liberaliter dispensarunt pauperibus, repletis, cœnobiiis, quando, inquam, jam habere desierunt. Quin inò scisne quis inde fructum tulerit non modò magnum, sed maximum? qui eâ conculatâ omnia reliquit pro DEO. Ut adeò videas, dum penes te est pecunia, eam nullâ ratione prodesse. Plus mali conferre potest quàm boni, quia, ut desint alia, à te obtinere potest, ut ames. Tunc multum boni tibi conferret, cum illius parte aliquâ pro DEO te privas, uti faciunt eleemosynarii, liberales, sanctè magnifici. Tunc

etiam plurimum conferret, cum Deo illa omnino te spoliâs, uti faciunt divites, qui in Religione DEO se consecrant. Unde etiam constat, tantum honorem assidendi Christo Judicio non promitti divitibus, quoniam suarum magnam partem per intervalla rebus sacris impendant, qui pro ipso totum relinquunt. *Dei potentes non abjicit, cum & ipse sit potens sed non salvat impios, & iudicium pariter tribuit.* Job. 36. 5.

4. Considera, ut etiam cesset malum, quod amor pecuniæ multis in sequacibus affert quoad intellectum tollendo fidem, adhuc alia esse innumera, quæ quotidie in voluntate producit. Et ideo dicit Apostolus de his miseris: *Inseruerunt se doloribus multis.* Dolor in sacris paginis gemitum habet significationem. Aliquando significat malum culpæ. *Dimittite, inquit, plangam paululum dolorem meum.* Job. 10. 20. Eò quòd sancti non reperiant in mundo majorem dolorem quàm lapsus sui. Aliàs significat malum penæ. *Hec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat.* Job. 6. 10. Quocunque sensu accipias, isti miserabiles amatores pecuniæ *inseruerunt se doloribus multis.* Nam quoad peccata, non tantum in illa incidunt, sed *inserunt se*, illaqueant, implicant, ut sese extricare non possint, sed malitè mori damnati, quàm fideliter reddere debita. Et hæc est ratio, cur dicat Apostolus: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentatione, & in laqueum Diaboli.* 1. Tim. 6. Pecunia illi, qui non-



dam habet, fit tentatio, ad illam malis  
artibus acquirendam. Illi vero, qui  
male acquisivit, fit laqueus, quia Sata-  
nas eo vincit & ligat, ne unquam am-  
plius perdat. *Qui aurum diligit, non  
iustificabitur.* Eccl. 31. 5. Quoad pec-  
nas, cui dubium esse potest, quin isti  
infelices semper se *injerant doloribus  
multis*? O quam dense sunt spinæ,  
in quas oculis tevus se induunt! Spi-  
næ sunt labores, quos tolerant in colligenda pecuniâ. Spinæ sunt timores,  
quos experiuntur in illâ servandâ. Spi-  
næ sunt tormenta, quibus cruciantur,  
si perdant. Unde merito dici de iis  
potest: *Seminant dolores, & metunt  
eos.* Job. 4. *Seminant dolores*, qua-  
tenus hi inuunt malum culpæ, & me-  
tunt eos, quatenus significant malum  
pœnæ, in quod illi vertuntur. Et hi  
tamen utinam cum hac vitâ finiantur.  
Super sunt dolores alterius vitæ, qui-  
bus pariter ultro *se inserunt*. Quippe si  
dixisset Christus: *Beati divites, quo-  
niam ipsorum est Regnum calorum*, non  
immerito queri possent, si salute exci-  
derent, quia ista in illorum potestate  
non esset. At cum disertè dixerit:  
*Beati pauperes*; de nemine queri pos-  
sunt, nisi de se ipsis, quia facile fieri  
poterant pauperes, & nolebant. Tu  
interea quid dicis? an æquum tibi vi-  
detur, ut in corde tuo illi præbeas lo-  
cum, qui alios fructus non germinat,  
nisi dolorum?

5. Considera, si fortè iniquâ sorte  
jam præbuisi locum, omnem adhi-  
bendum possibilem conatum, ut inde  
tollas. Conatum dico, quia hinc non

sufficit quicumque vulgaris labor. *Ra-  
dix omnium malorum est cupiditas.*  
Quando negotium nobis est cum sen-  
su, cum invidiâ, irâ, & aliis ejusmodi  
affectibus, negotium est cum ramis ar-  
boris, & ideo multo opus est sudore, ut  
frangas; quia rami sunt arboris, sed  
malignæ. Denique tamen perfringun-  
tur. Quando negotium est cum su-  
perbiâ, negari nequit laborandum ma-  
gis, ut desicias, quia negotium est cum  
trunco arboris. Sed tandem repeti-  
tis ictibus securis etiam ista, velit, no-  
lit, prostermitur. At quando cum  
avaritiâ negotium est, venit ad radi-  
cem arboris, & ided, o quanto tunc o-  
pus est nisu brachiorum, ut eradices,  
quanta convulsione, concussionem, su-  
dore & utinam ista demum sufficiant.  
Vides igitur, non esse existimandum  
vinci posse hunc amorem pecuniæ nisi  
per multos actus contrarios, nisi vi  
magnæ applicationis, animositate, &  
orationis multiplicis. Hic est affectus  
vehementissimus omnium. Neque  
mirum esse debet: quia affectus ceteri  
omnes tendunt ad singulare bonum,  
sensus ad illicia carnis, invidia ad de-  
pressionem æmuli, Ira ad dejectionem  
inimici, Superbia ad amplius quoddâ  
bonum, quale est exaltatio sui, tendit  
nihilominus ipsa quoque ad unum so-  
lum bonum. At amor habendi ad bo-  
num tendit, quod censetur cuncta bo-  
na complecti, quale est Pecunia. *Pec-  
unia obediunt omnia.* Qui multum ha-  
bet pecuniæ, videtur sibi summâ faci-  
litate posse consequi promotionem  
sui, dejectionem inimici, depressio-  
nem,

nem æmuli, illecebras carnis etiam magis concupitas. Atque ita qui pecuniam amat, videtur sibi amare bonum, quod æquivalet infirmo, & quod consequens est, illud amat infirmè. *Avarus non implebitur pecuniâ.* Eccl. 5. 9. Si dicas te non agnoscere in te ipso affectum tam foedum, hæcenus à nobis execratum, solerter attende, quia metuo, ne illum fortè non cognoscas. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Luxuria, Invidia, Ira frondes sunt, citò cognoscuntur. Superbia truncus est, faciliùs agnoscitur. At avaritia radix est, quid mirum, si nescias, quousque se porrigat? Humo tegitur, o quantis suis prætextibus necessitatis, convenientiæ, caritatis, majoris gloriæ Divinæ penetrat maledictus amor habendi in corda plurimorum, ut illic lateat. An non vides, ut fibras suas insinuet ipsis Religiosis, qui tamen reliquerunt fructum? Erit Ecclesiastes, qui è suggesto avaritiam fulminet quasi Hy-

dram mille capium. Et faxit DEUS ut non procuraverit suggestum eadem avaritiæ instinctu. Necessè est tur est subtili examine rimari te ipsam quia avaritia profundè jacet. Curum fieri potest, ut tu majore affectu adhæreas tuo tenui peculo, quam lius pingui & splendide hæredati. Unde nisi ex pulvere nutritur serpens & tamen illum non minori appetitu fectu, quam tu panis edulium. *Expenti pulvis panis ejus.* Il. 65. 25. Uportet igitur ut assuescas experiri tum capere in illis reculistuis, tum juxta statum tutum ad te pertinentem, nare libenter, alienare vel expendere libenter, eleemosynas, quoad poterit libenter pauperibus erogare. Si videris ista plus quam libenter facere, bonum erit indicium. At si in eorum difficultatem perentiscas, noli tibi indulari. Non erunt in te per Deum etiam fructus illi pestiferi, quos creat avaritia, quia parum habet, unde metriatur. An credis etiam abesse radice

## XXXI.

*Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non ardebuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Prov. 4. 11.*

1. **C**onsidera, quæ sint istæ semitæ æquitatis, per quas DEUS te ducere pollicetur. Sunt Evangelica consilia. Ejus mandata vocantur *Via Consilia Semitæ*, juxta illud: *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Viæ magis sunt notæ, mi-

nus semitæ. Et ideo ad illas sufficit, ut quis tibi digito demonstrat. *Demonstra mihi.* Ad istas opus est aliquo, qui diligenter doceat: *Edoce me.* Itaque à DEO pete etiam de his bene instrui, ut ad sequendum movere possint, si fuerit ad ejus gloriam.

1. Considera primam rationem, quare Consilia Evangelica *semita* vocentur, quæ est, quia viæ sunt arctiores, quam ille mandatorum. Noli propterea despondere animum, quia tantum arctæ sunt in principio, ceterum cum ingressus fueris, eâ facilitate ambulabis, quâ incedi solet per latas: *Non arctabuntur gressus tui.* Qui enim sunt passus animæ? sunt affectus. His DEO propinquas: sunt affectus. Isti cum cœperint inflammati, semper cupient angustias majores, plus puritatis, plus paupertatis, plus obedientiæ, unde temporis progressu tam celeriter procedet, ut etiam currat. Passus animæ longè sunt diversi à passibus corporis. Isti longiore motu denique languescunt: illi adeo non languescunt, ut etiam majorem accipiant vigorem, ideo dicitur: *Currans non habebis offendiculum*, quia qui in servitio divino lentè procedit, sæpe offendit, sæpe impingit, sæpe etiam cadit; qui currit, securissimus ambulat. Quia cursus iste aliud non est nisi magnus DEI amor. Qui multum amat, difficultatem non sentit. Unde nota non dici: *non erit offendiculum, sed non habebis.* Quia in Religione difficultates etiam graves aliquando non desunt, sed quæ multum diliguntur, perinde habentur, ac si non essent, *Nō habebis.*

3. Considera alteram rationem, ob quam Consilia Evangelica mandatis comparata *semita* vocantur, quæ est, quia sunt viæ minus tritæ ab hominibus. Attamen nec istud quidem terere debet, sed animare potius, quia nōsti Paradisum esse pauciorum, non plurium, *Pauci inveniunt.* Sunt e-

quidem, qui Consilia Evangelica profitentur, pauciores numero, sed æstimatione magis conspicui, scientiâ, sapientiâ, cœli favoribus longè ceteris præferendi. Vide, ut in ipso seculo viæ perfectæ in quocunque genere, à paucioribus teruntur. Pauciores sunt Theologi, quàm Canonum periti, pauciores Archiæcti, quàm operarij, pauciores artifices, quàm mechanici. Deinde quis non videt, semitas ob id ipsum viis publicis esse meliores, quia à paucioribus frequentantur? Sic tu potes feliciter progredi: *Non arctabuntur gressus tui.* Non habes tot humanos respectus, tot remoras, tot considerations, uti cum turba te impellit exemplo malo, vel certè multi distrahunt, divertunt, & ad sistendum gradum invitant. Itacernis, quantumvis religiosi pauciores sint numero, habitâ proportionem plures tamen esse, qui cælum adeunt. Sanctos considera, quos frequenter audis solenni ritu cœlitibus adscribi, videbis sine comparatione plures è numero religiosorum extitisse. Quia quantumvis Religiosi obligentur præ aliis respondere DEO ob majus donum, quod à DEO acceperunt (secundum illud; *Cui plus datum est, plus requiretur ab eo.*) reverà magis etiam respondent. Nunquam norasti, quod toties audisti è sacro recitari Evangelio? quis fuit ille servus, qui nihil negotiatus Domini expectationem fefellit? an ille fuit, qui talenta multa accepit? Nequaquam. Sed qui unum solum accepit.

4. Considera tertiam rationem, ob quam denique Evangelica Consilia

man-

mandatorum respectu *Semite* vocantur, & est, quia sunt quasi compendia viarum, quae calle brevissimo ad cælum ducunt. Sed nec istud quidem ullum tibi metum incutere debet, quasi id inde sit, quia, ut putant nonnulli, mortem tibi accelerant. Non est ita. Non est mortificatio, quae accelerat mortem, sunt iniustitiae, sunt crapulae, carnis voluptates, inimicitiae, ambitiones, temeritates, aliâque tot mala, quae status Religiosus procul habet. *Stimulus autem mortis peccatum est.* Nô tibi, cur consilia dicantur viarum compendia, quibus itur ad cælum? quia viae sunt naturâ suâ rectissimae. Vivere faciunt perfectione majore, quia Domino non solos fructus offers, sed arborem, & ita liber impedimento vadis *currens per viam compendii.* 1. Reg. 18. 25. quin habeas amplius curas illas sollicitas, quas gignit administratio facultatum, aut familiae regimen, aut tui ipsius gubernatio, quae DEO consecras tria vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiae nuncupando. Et dum faciunt, ut majore perfectione vivas, consequenter ad cælum majore celeritate transmittunt, quia purgatorii poenas faciunt breviores. Quamvis illa brevis etiam aliunde provenit, ab operibus poenitentiae illi statui propriis, ab Indulgentiis maximis, à mutua communicatione bonorum, à auxiliis, à suffragiis, à conditione illius actus, qui DEO vota solennia nuncupat, & Martyrio comparatur. Atque adeo per has vias, quocumque spectes, *non ardeabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum,* quia saltem

multum tolletur ejus impedimentum quod etiam post mortem moratur cælum iter. Et hoc est, quod imo debet Apostolus iis verbis: *Expemus ingredi in illam requiem.* Multum faciamus boni, quia sic velocius tendimus sursû, minus differetur ingressus.

5. Considera has semitas, seu vias istas magis arctas, solitarias, compendiosas, quae sunt proprietates continentium semitam, aequitatis appellatur. *Ducam te per semitas aequitatis.* Quae per illas incedere non est obligatio, sed aequitatis tantum, id est, rectitudinis, convenientiae, congruentiae. De minus non te adstringit ad Consilia Evangelica, ad ea solum hortatur. Porro an non vides, quam sit conveniens, ut illa amplectaris: conveniens, quoad te, conveniens, quoad DEUM. Quoad te, quia animae tuae utilitatem affers maximam, quam quidem affert non est debiti. Sed quid inde? Affert illam, si non ob aliud, ex charitate saltem. *Miserere animae tuae.* Quando contentus es præceptis, illi debetur præstas. Quando consilia amplecteris, misericordiam exerces. Si animae non misereris, cujus deum misereris? Quoad DEUM, quia quid rationi contentum tuum mis, quam ut illi totum te reddas, qui se tibi sine exceptione totum donavit totum verò dare non potes nisi in Religione. Extra Religionem illi donas ut tui, in Religione etiâ proprietatem. *Miserere igitur animae tuae, placens DEO.* Eccl. 30. 24. Quia tantò amplius placebis Deo, quanto plus erga te non solum debis, sed misericordiae exerces.